



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Incllyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietary Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titvlvs XLII. De Baptismo, & ejus effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

TITVLVS XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

CAPUT I.

(a) Alexand. III.

SI quis puerum ter in aqua (b) immerferit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen; & non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: non est puer baptizatus.

NOTÆ.

(a) **A**lexander III.] Ita etiam legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* nullibi tamen exprimitur cui rescribat Pontifex; rectè tamen Illustrissimus Mantique *tom. 3. annal. anno 1176. cap. 6.* existimavit rescribere Alexandrum Pontio Episcopo Claromont. qui ex Abbate Clarevalleensi assumptus fuit ad eam Ecclesiam. Ut autem hoc facilius suadeatur, & præsentis Decretalis occasio agnosceatur, sciendum est, morem illum in Gallia invaluisse, ut cum in casu necessitatis aliquis laicus baptismum ministrabat, illa priora verba, *Ego te baptizo*, non proferret, forsan modestiæ causâ, ea ministris ordinariis, & sacris reservans: & ita tantum infantes mergebant in aquam ea verba proferentes: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quare cum quidam laicus filium ita baptizasset, ex ea muliere susceptum, cum qua contracturus erat matrimonium, dubitavit an impedimentum cognationis spiritualis matrimonium impediens inde contraxisset? Consuluit proprium Episcopum, Pontium videlicet Claromont. qui duos egregios, & perdoctos viros tunc in Gallia florentes, Mauricium videlicet Parisiensem Episcopum, & Stephanum tunc Abbatem S. Eburnii, mox sanctæ Genovefæ, demùm Episcopum Tornacensem consuluit sequentibus litteris, quæ reperiuntur inter epistolas Stephani Tornac. cum epistolis Joannis Sarisbar. in hæc verba: [Reverendis in Christo Dominis, & Patribus suis; Mauricio, Dei gratiâ Parisiensi Episcopo; & Stephano, sancti Eburnii Abbati: Pontius eadem gratiâ Claromontensis Episcopus, salutem, & totius dilectionis obsequium. Vobis duobus specialiter fidem nostram ducimus referendam, quos spiritualis commendat affectus dilectionis, quem erga vos habemus; & specialis intelligentia Scripturarum fructuosos reddit, & commendabiles apud omnes. Homo iste præsentium lator, quandam olim foeminam amabat, quam quidem desponsaverat, sicut ipse dicit: sed prius, quàm eam acciperet uxorem, fecundavit eam. Cum igitur puer natus esset, nec posset statim Sacerdos ad baptizandum eum congruè reperiri, pater

ejus immerfit eum aquâ, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et hæc est pessima consuetudo in terra nostra, ut in talis necessitatis articulo dicant: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; nec totam expriment verborum formam, quæ debet exprimi in baptismo: quod undaizare vocant. Quærimus ergo, utrum istud Baptismus sit, vel utrum puer postea debeat baptizari? utrum etiam homo iste mulierem illam accipere valeat uxorem, quoniam boni satis esse testimonii perhibetur: & rogamus dignationem vestram, ut per litteras vestras de his omnibus certificetis nos. Valet.] His litteris acceptis Mauricius senex breviter quidem, sed solidè respondit; neque ad utrumque dubium, sed ad primum: quippe statutâ Baptismi nullitate, noverat utrum resultaret impedimentum: litteræ autem ejus, quæ immediatè sequuntur, ita habent: [Reverendissimo Patri & Domino Pontio, venerabili Claromontensi Episcopo: Mauricius Parisiensis Ecclesiæ humilis Minister, salutem, & obsequii plenitudinem. Super quo Celstudo vestra nostram consuluit parvitatem, breviter respondemus: Quia in quem modum forma Baptismi tradi, vel recipi debeat, Scripturarum divinarum auctoritate, & Sanctorum Patrum testimonio traditum habemus in hunc modum, scilicet: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & tanta est verborum vivacitas, ut nihil immutari, nihil innovari oporteat: nisi verè tota hæc verba simul à quocunque, & quacunque lingua proferantur, Baptismus esse non credimus. Quia ergo, sicut litterarum vestrarum testimonio cognovimus, præsentium lator in submersione filii sui, Ego baptizo, & Spiritus sancti protulit, Baptismus non fuit; & ideo puer ille baptizandus est, quia Baptismus nunquam suscepit. Itaque de reliquo nulla superest quæstio. Vale.] Ita Mauricius, Longiori epistolâ Stephanus respondit, contrariam partem adstruens, opinionis captandæ, si cum Mauricio inciperet contendere; an veritatis statuendæ causâ, dubium: certè in re nondum adhuc definita adeo subtiliter, ut Pontius perpensis ejus

rati-

rationibus, auctoritatibusque, Alexandrum censuerit consulendum. Potro ejus responsum in epistola, quæ est ordine quinta, ad veramque questionem (namque valor Baptismi præsuppositus secundæ locum dabit,) hæc habet verba: [Sanctissimo Patri, & Domino Pontio Claramontensi Episcopo, frater Stephanus de sancto Eburnio, salutem, & cum omni devotione reverentiam. Premit, fateor, imperitiam meam, & quærentis auctoritas, & novitas quæstionis. Accedit moles verecundiæ meæ, Pater, quod in tanta consultatione vestra Domino Parisiensi me jungitis, camelo culicem, cedro carduum, Hy-lam Herculi comparantes. Scriba doctus in regno cælorum profere de thesauro suo nova, & vetera, quæstionibus vestris in profunditate sensus, & sublimitate scientiæ respondit, & cœlesti oraculum suum facili vobis absolvit epistolâ. Felix lingua! Divinam ejus responsum, ut Thebais Aeneida longè sequor, & vestigia semper adoro. Moveret in contrarium, si absque sacris ejus apicibus mihi quæstio moveretur.] Hactenus Stephanus humiliter de se ipso: at de quæstione in contrariam partem decisa, seu decidenda, ut ipsi videbatur, ita subjungit: [Qui sacramentum instituit Baptismi, formam tradidit baptizandi. Ite, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Qui potestatem baptizandi sibi retinuit in hac forma, mysterium aliis concessit? Nemo dixerit, quia quod dicitur: Ite, docete omnes gentes, vel sacramenti obtineat substantiam, vel exprimat formam. Teneamus, quod sequitur: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nondum ibi legi: Baptizantes eos, & dicentes: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Si baptizare, inungere, & baptismus inunctio est, quid aliud sunt baptizantes, nisi inungentes? Inungens ergo cum intentione baptizandi, si proferat, quod Veritas jubet, id est: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; baptizasse videtur, & formam à Christo traditam complevisse. Etiam hæreticos, si hæc tremenda verba protulerint, Catholicam formam tenuisse dicemus: Novatiani (inquit Innocentius) tremendis nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizant. Nec apud eos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, & Filii, & Spiritus sancti aliquando quæstio mota est. Sed & P. Augustinus de Ecclesiasticis regulis: Si qui, inquit, apud illos hæreticos baptizati sint, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizant, & veniunt ad Catholicam fidem, recipiantur quidem ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis invocatio, vel confessio annulletur. Si ab hæreticis baptizati in confessione Trinitatis ab Ecclesia recipiuntur, ne Trinitatis invocatio, vel confessio annulletur: quare non baptizatus dicitur, qui à laico catholico dicitur: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, tertio mensus est? Nam si hoc non admittitur, confessio, vel invocatio Trinitatis, quæ sibi facta est, tanquam quæ nihil contulit, annullatur. Idem ad Orosium: Idem baptisma est, & hæreticorum, scilicet qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizant: & Ecclesia Catholica. Et ideo eos Ecclesia non rebaptizat, qui in nomine Trinitatis baptizati sunt. Et ipsa est profecto forma sacramenti. Ecce quia formam sacramenti hanc esse dicit, immergere scilicet, in nomine Patris, &

Filii, & Spiritus sancti: non additur: Ego te baptizo, vel immergo. Idem de unico baptismo: Nequaquam dubitarem, eos habere baptismum, qui ubicunque, vel à quibuscunque illud evangelicis verbis consecratum, sine simulatione, & cum aliqua fide accepissent. Vide, Pater, quia solis verbis, & evangelicis consecratur baptismus. Nusquam autem in toto Evangelio lego: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; sed tantum: Baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sed & Zacharias Papa Bonifacio Episcopo: In Synodo Anglorum decretum & firmissimè præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, quod quicumque sine invocatione Trinitatis mensus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est, quia si mensus in fonte baptismatis quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti fuerit mensus. Non ait: Nisi qui baptizat, dixerit: Baptizo te in nomine Patris. Plura possem colligere, Pater, quæ in hac parte me movent, & motæ quæstionis solutionem promovent. Verum quia timeo & prolixitatis argui, & pro-cacitatis notari, parco chartulæ, parco & tamæ meæ. Opiniones profundo, non assertiones: paratus, ut dixi, summi, & catholici viri Domini Pacificentis sequi vestigia, non tamen adactus in alicujus jurare verba. Clausulam tamen, quæ à baptizantibus solet, & debet dici, scilicet: Ego te baptizo, summâ reverentiâ deofulcor, summo studio amplector. Eam mater Ecclesia sic induxit, ut esset de solennitate mysterii, non de substantia sacramenti. Nam si aliud dixerimus, absque medio continebimur damnatos, quos in necessitatis articulo novimus à laicis baptizatos. Hoc enim solum dicere solent, qui litteras ignorantes parvulos undaizant: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. In quibus verbis eandem virtutem inesse, quam in latinis syllabis idem significantibus, & credimus, & fate-mur. Vehementer tamen arguendos, & poenitentia afficiendos dixerim Sacerdotes, qui vel per negligentiam, vel per imperitiam aliquod omiserint de verborum solenni dignitate. Qui præmissis rationibus fidem adhibuit, baptizatum taliter: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non iterum baptizabit. Iraque qui sic eum baptizavit, & spiritalis pueri pater, & matris ejus compater effectus est. Unde etiam uxor ejus prius non erat, impediende compaternitate, iudicio meo, cum ea non contraheret matrimonium, cum qua etiam prius contraxisset, secundum quod Deus dedit Papa asserit, nullo modo se in conjugio cum ea reciperet. Nec obloquitur, quod Joannes Papa Anselmo Episcopo scribit capitulo, Ad limina B. P. tri; ibi namque de conjunctis, hic agitur de modo conjungendis. Et certè multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ non dirimunt contractum. Nam & idem Papa in eodem capitulo rationem subdit, quare conjuncti ob talem causam non separantur. Quod fieri, inquit, nullatenus debet, dicente Scripturâ, à Domino junctam esse viro uxorem, & quos Deus conjunxit, homo non separet. Ubi planè loquitur de conjunctis, qui fortè aliter diceret de conjungendis. Valeat Sanctitas vestra.]

His contrariis responsis, utroque gravi, altero aucto-

auctoritate respondentis; altero, quod negari non potest, subtilitate, effectum est, ut Pontius neutri parti adhaerens confuluerit Alexandrum Tertium, qui in praesenti textu respondit, huiusmodi baptismum nullum esse.

2. (b) *Ter in aqua immerferit.* Trina mersio cum invocatione Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in principio Ecclesiae celebris, & à Sanctis PP. recepta fuit ad fidem sanctam, & individuae Trinitatis, unitatem, & distinctionem stabiliendam, cap. siqui 79. cap. de trina, 80. de consecr. dist. 4. Vigilius epist. 1. cap. 2. ibi: *Derenaſcentium trina mersione, de baptismo quoque ſolemniter adimplendo, ſimiliter quid Apoſtolica vel ſanxerit, vel obſeruet auctoritas, in ſubiectis tua charitas euidenter agnoſcat.* Dionysius Arcopag. Eccles. Hierarch. cap. 2. ibi: *Ille quidem à Sacerdotibus ſecum ferentibus aquam adducitur ad Pontificis manum: Pontifex autem ſuperne adſans, cum rurſus per aquas ſub Pontificis manu Sacerdotes eis, qui initiantur, inſclamaverint nomen, ter illum Pontifex mergit, ac trinam illius immerſione, & mersione tres beatitudinis divina perſonas inſclamans.* Athanasius q. 174. *Quod infantem ter in aquam immergimus, & ter educimus, mortem & triduanam Chriſti reſurrectionem ſignificamus.* Synodus CP. can. 7. *Eunomianos, qui in unam demerſionem baptizantur, ad Eccleſiam venientes admittimus, ſed poſtea baptizamus.* Cyillus Hieroſolym. catech. 2. *Baſilius Magnus de Spiritu ſancto, cap. 27. Tertul. de corona militis, cap. 3. Deniq; ut à Baptiſmate agrediar, adituri conſeſamur, nos renunciare diabolo, & pompa eius, & angelis eius: dehinc ter mergimur. Et adverſus Praxeam, cap. 16. Et poſt reſurrectionem ſpondens miſſurum ſe diſcipulis promiſſionem Patris, & noviſſime mandans, ut ungerent in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, non in unum; nam nec ſemel, ſed ter ad ſingula nomina in perſonas ſingulas ungemur.* D. Auguſtin. homil. 91. de tempore: *Quando in ſalutari lavacro tertio Chriſtiani merguntur, tunc Aegyptii, id eſt originalia peccata, vel actualia crimina, quaſi rubro mari ſepeliuntur.* Leo I. epist. 4. cap. 3. *Sepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis elevatio reſurgentiſ.* Et cap. multi, de consecr. dist. 4. Concil. Tolet. 4. can. 5. *Gregorius Magnus in lib. ſacram. de baptiſmo infantum, ibi: Deinde baptizat eum Sacerdos ſub trina mersione, tantum ſanctam Trinitatem invocans, ita dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, & mergat ſemel; & Filii, & mergat iterum; & Spiritus ſancti, & mergat tertio.* Et lib. 1. epist. 41. *Alia refert Jodocus Coccius tom. 2. theſauri, art. 5. de baptiſmo. Immo ex traditione Apoſtolorum diu id in Eccleſia ſervatum fuiſſe, videlicet ut qui ad fidei ſacramentum accederent, ter in aqua mergerentur, conſtat ex S. Baſilio lib. de Spiritu ſancto, cap. 27. dum inquit: *ſam ter immergi hominem, unde eſt traditum? reliqua item, qua ſunt in baptiſmo, veluti renunciare ſatana, & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? Nonne ex privata & arcana traditione? Sancto etiam Hieronymo in dialog. adverſus Luciferianos: Exigis ubi ſcriptum in actibus Apoſtolorum? Etiam ſi ſcriptura auctoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar praecepti obtineret: nam & multa, qua per traditionem in Eccleſia obſervantur, auctoritatem ſibi ſcriptae legis uſurpaverunt.* Et ex can. 49. Apoſt. cap. ſi quis 79 de consecr. dist. 4. ita cavetur: *Si quis Episcopos, aut presbyter non trinam mersionem unius myſterii celebret, ſed ſemel mergat in baptiſma-**

te, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Immo & ex Chriſti praecepto trinam merſionem provenire, docuerunt Pelagius in diſt. cap. multi, S. Joan. Chryſoſt. homil. de fide in Patrem, & Filium, ibi: *Omnibus myſteriiſ veluti ſigillum imponens Dominus in tribus merſionibus aquarum baptiſma diſcipulis ſuis tradidit dicens: Euntes docete.* Sed poſtea cum Arrianorum haeretiſ in pluribus regionibus, praecipue in Hiſpania, graſſaretur, multique propterea, quo tres naturas divinas in tribus perſonis eſſe demonſtrarent, trinam merſionem uterentur, viſum eſt Gregorio Magno; ut in Hiſpania ſub unica tantum merſione baptiſmus adminiſtraretur, ut conſtat ex epistola 41. ipſius Gregorii; relata à Gratiano in cap. de trina, de consecr. dist. 4. & conſtitutione Concilii Toletani 4. relata in c. propter 85. de consecr. dist. 4. *Quarum conſtitutionum meminit Walfridus Strabo lib. de rebuſ Eccleſ. cap. 26. dum ait: Alii trinam immerſionem volumus in ſimilitudinem triduanae ſepulturae, ut in canonibus Apoſtolorum ſtatutum habetur, & Romanorum conſuetudo obſervat: alii unam, propter divinitate unitatem contendunt, ut in Concilio Toletano plenimè habetur, ubi etiam commemoratur, quod B. Gregorius interroganti ſuper hac Leandro inter cetera, ita reſponderit, quia in una fide nihil officiſ Eccleſia conſuetudo diverſa. Unde non eſt, cur reprehendaſ Alcuinſ epist. 69. Hiſpanos, quòd unica tantum merſione in baptiſmo uterentur; & oppreſſus praedicta auctoritate D. Gregorii illum in dubium revocat: quem merito reſellit Hugo Menardus in notis ad Sacram. D. Gregorii, fol. 101.*

Unde conſtans eſt Canonistarum, & Theologorum ſententia, ad eſſentiam, & validitatem huius ſacramenti ſufficere quamlibet ablutionem aqua factam, ſive per aſperſionem, ſive per immerſionem, ut docent Corſolanus in can. 50. Apoſt. Loayſas in diſt. can. 5. Concilii Tolet. 4. Granadoſ tom. 5. controv. tract. 4. de baptiſmo, Durandus de ritibus Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 36. Brilſonius in l. die Dominica, C. Theod. de ſacramentis, fol. 134. Vicecomes de ritibus baptiſmi, lib. 4. cap. 6. Torreblanca lib. 2. de iure ſpirituſ cap. 3. Pamelius in notis ad D. Cyprianum, epist. 66. Beccanus tom. 5. opuscul. controverſ. 5. fol. 296. in parviſ, Nec contrarium docetur in Synodo CP. 1. can. 7. quatenus ibi Patres ſtatuerunt: *Eunomianos, qui in una demerſione baptizantur, ad Eccleſiam venientes admittimus, ſed poſtea baptizamus.* Nam ab Eunomianis baptizati jubentur baptizari, quia utebantur falſa baptiſmi forma, ut videtur eſt apud Epiphanium libro 3. hereſiſ 56. Quare praedicta Concilii verba non comprehendunt Catholicos, qui verè de Trinitate ſentientes, & recta baptiſmi forma utentes, unica merſione baptizati ſunt, Nec obſtat, trinam merſionis uſum ex Domini praecepto, juxta Chryſoſtomum, & Pelagium ſupra relatos, aut ſaltem ex traditione Apoſtolica, juxta D. Baſilium, & Hieronymum ſupra tranſcriptos, provenire: ſed Apoſtolice traditionis omnino ſervanda ſunt, ut late probat Ayala de Eccleſ. tradit. Azor lib. 8. inſtit. cap. 4. *Causa de locis Theol. lib. 4. cap. 6.* Nam reſpondetur, divinum praeceptum non extare de trina merſione, ſed de invocatione expreſſa Trinitatis pro forma Baptiſmi: ad quam referendi ſunt Chryſoſtomus ſupra relatus, & Pelagius in diſt. cap. multi, omiſſo Turriano in explen. Clementis lib. 6. cap. 16. Nec quod de traditione Apoſtolica dicebatur, obſtat;

obstat; nam traditiones in duplici sunt differentia, ut exponunt Ayala *supra*, Vazquez 2, 2, *quæst.* 2, *artic.* 10, *dub.* 6. Alia enim sunt Divina, alia Apostolica, Ecclesiastica alia. Divina dicuntur, quas Apostoli ab ipso Christo Domino acceperunt, vel quas ipsi Spiritu sancto dictante constituerunt, tanquam electi Magistri, atque Rectores Ecclesiæ; quales sunt canones Apostolorum, Ecclesiastica verò dicuntur, quas usus, & consuetudo Ecclesiæ observat. Unde dicendum est, traditiones divinas ad jus divinum referri, & eandem cum illo habere auctoritatem, de quibus intelligitur D. Paulus 2. *ad Thessalon.* cap. 2. ibi: *Tenete traditiones, quas accepistis, sive per sermonem, sive per epistolas nostras.* Et declaratum fuit in Concilio Tridentino *session.* 4. Traditiones verò Apostolicæ eandem habent auctoritatem, ac sacri canones Apostolorum; & etiam Ecclesiastica traditiones eandem vim habent, ac constitutiones scriptæ. Unde cum trina mentionis usus ex Apostolica, non verò Divina traditione proveniat, rectè ex rationibus *supra* traditis immutari potuit. Nec tandem obstat *canon* 50. Apostolorum, relatus in *cap. si quis presbyter* 79. *de consecrat. distinet.* 4. Nam *canon* ille prolatus est contra eos, qui invocata tantum Domini morte, sub unica mentione baptizabant: & tantum in eo docetur, contra jus divinum esse, omisâ Trinitatis expressâ mentione, tantum sub invocatione mortis Christi baptismum conferre: non verò ibi docetur, usum unice mentionis esse contra præceptum divinum. Quæ solutio facile colligitur ex ratione, quam adducunt Apostoli in illis verbis: *Non enim dixit Dominus. In mortem meam baptizate; sed: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Illud tandem notandum est, olim in trina mentione semel duntaxat formam prolata fuisse, ut probat Alcuinus *epist.* 81. sed quamlibet mentionem ad expressionem cujuslibet personæ factam, juxta Divum Gregorium in *lib. sacrament.* & Tertul. *supra* relatos. Baptizandos verò interrogari ad singulas personas, liquet ex S. Ambrosio *lib. 4. de sacrament.* cap. 17. in illis verbis: *Interrogatus es, Credis & in Deum Patrem omnipotentem? Dixisti, Credo, & misisti. Interrogatus es, Credis & in Dominum nostrum Jesum Christum, & in crucem ejus? Dixisti, Credo, & misisti. Tertio interrogatus es, Credis in Spiritum sanctum? Dixisti, Crede, tertio, misisti.* Nec interest ad valorem baptismi, ut mentionem sequatur emersio, ut quia urgente necessitate quis infantem morientem in flumen, aut puteum conjecerit, ut docent Suarez *tom.* 3. in 3. *parte, disp.* 20. *sect.* 3. Valentia 7. *p. disp.* 4. *q. 1. punct.* 2. Aegidius Koninch. 3. *p. q. 66. num.* 68. Vazquez 3. *p. in 3. disp.* 145. *cap.* 5. refragantibus Soto, Molano, & Henriquez apud Theophilum *tract. de sect. infantum, cap.* 7. *num.* 5.

(c) Spiritus sanctus.] Et ita tres personas esse

explicite appellandas, ut baptismus possit valide administrari, constat ex *cap. firmiter, de summa Trinitate, cap. si revera, cap. multi, cap. in synodo, de consecrat. dist.* 4. ex innumeris Patribus probant Vazquez 3. *part. disp.* 143. *cap.* 3. Gilbertus Schebavius *lib. 2. de Trinitate, cap.* 7. Scholasticus cum Divo Thoma 3. *part. quæst.* 66. *articul.* 3. Bellarm. *de baptismo, cap.* 3. ex Christi institutione: cujus institutionis ratio fuit, quod docuerit Dominus, in ipso Ecclesiæ vestibulo, ac cæterorum sacramentorum janua, fieri explicitam, & distinctam propositionem verticis mysteriorum, tum quoad essentiam unitatem, tum quoad personarum multiplicitatem. Nec obstat, Apostolos baptizasse tantum in nomine Jesu, ut refertur *Actuum Apost.* cap. 2. 10. 11. & 19. Unde exitimavit Divus Ambrosius *lib. 1. de Spiritu sancto, cap.* 3. Apostolos in solo Jesu nomine baptizasse, idque sufficere; quia qui unum dixit, Trinitatem signavit. Convenit Sancto Ambrosio Nicolaus I. *cap. à quodam, de consecrat. distinet.* 4. Sed & Beda in *cap. 10. act.* Ambrosium refert, & unâ personâ expressâ reliquas eo ipso signari censet; atque adeo per unitatem nominis expleri mysterium profiretur. Præcaveat Sanctus Athanasius in *lib. de Trinitate* ibi: *Nunquid prævaricatores mandati Salvatoris Apostoli effecti, & contra traditionem ejus baptizaverunt tantam multitudinem? Non enim scriptum est, baptizasse eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; sed tantum in nomine Domini Jesu. Nunquid ergo prævaricati sunt? Absit: nam licet filii nomen tantummodo dicatur, habet tamen & Patrem, & Spiritum sanctum pronuntiatum.* Similia legas apud Ferrandum *epist. ad Anatolium.* Adhuc tamen dicendum est cum sancto Cypriano *epist.* 73. Fulgentio *lib. de lucarn. & gratia Christi, cap.* 11. Beda *quæst.* 14. *variæ.* baptismum in nomine Jesu collatum intelligi secundum Christi institutionem cum expressione trium personarum, ut aperte habetur *cap.* 19. *act.* quia ut insigniter ait Facundus *lib. 1. pro tribus capitulis, cap.* 3. *Quod in nomine Domini Jesu hi, quos memoravimus, baptizati narrantur, non ex eo credendum auctor, quia non in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizati sunt, ut etiam in ipsis servaretur verbum à Domino constitutis forma baptismi; sed quia hoc erat insinuandum, quod baptismus non fuerant baptizati, sufficere judicatum est, ad discretionem ipsius novi baptismi solum nomen Domini Jesu memorare.* Theophilus *tom.* 15. in *Heter. fol.* 5. Ant. Perez in *pentat. fidei, vol.* 4. *de R. P. cap.* 3. *num.* 76. Maccæo *de clavibus Petri, lib.* 4. *cap.* 5.

In præfenti textu repetentes exponunt formam sacramenti Baptismi, quam nobis audientibus ex suggestu illustravit perdoctus, & semper colendus D. Martinus Lopez de Hontiberos, Archiepiscopus Valentinus in *tract. de bapt. art.* 3. à quo Doctor Garanna præsentem repetitionem transcripsit.

CAPUT III.

(a) Alexand. III.

DE quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis: Non te rebaptizo; sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te.

D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III. Pars II.*

H h h h

NOTÆ.

NOTÆ.

1. (a) **A**lexand. III.] Ita legitur in secunda collectione, sub hoc titul. cap. 2. nullibi tamen exprimitur, cui rescribat Alexander, & forsan legendum est, *Idem eidem*; id est eidem Pontio Episcopo Claremont. Nam cum in Gallia reperirentur plures baptizati, & dubii, an sub legitima forma, ideo rescripsit Alexander in præfenti, eos iterum baptizandos esse sub forma in præfenti præscripta.

COMMENTARIUM.

2. **C**ertum est, baptismum ritè collatum iterari non posse, ut expresse definitum est in can. 47. & 49. *Apost. cap. ostenditur, cap. hi. de quibus 38. cap. sive hereticus 51. cap. quos 52. cap. non liceat 207. cap. rebaptizare 108.* cum quinque sequentibus, cap. *quamvis 117. cap. eos quos, de consecr. dist. 4. cap. final. hoc tit. l. 1. & 2. C. ne sanctum baptisma, cap. 2. de apostat. Concil. Florent. sub Eugenio IV. in decreto fidei, sess. ultim. §. 5. Trident. sess. 7. de sacram. can. 9. & 10. D. Clemens lib. 6. constit. cap. 5. Cyprianus lib. 2. epist. 3. D. Ambrosius lib. 2. de poenit. cap. 2. Augustin. epist. 203. & in lib. de heresib. cap. 22. plura juris testimonia congestit Augustinus in *epist. jur. lib. 22. tit. 27.* Illustrant ultra congestos à Barbofa, & Giranna in præfenti, Torreblanca de *jure spirit. lib. 2. cap. 4. Gibalinus de irregul. cap. 5. propof. 1. Justelus in can. 22. Eccles. Afric. Pamelius ad D. Cyprianum epist. 59. Frances in pastor. intern. part. 3. quest. 2. Beyerlinck in theatr. verbo Baptismus. Jac. Gothofr. ad tit. C. Ne sanctum Baptisma, Albaspin. ad *Operatum Milevis. cap. 9.* & nos dicemus in cap. 2. de Apostatis, ubi de poenis, tam rebaptizantis, quam rebaptizati agemus, Rationem adducit D. Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 15. Damascenus lib. 4. de fide, cap. 10. D. Thomas 3. p. quest. 66. artic. 1. quod cum baptismus significet mortem, & sepulturam Christi; & Christus semel mortuus, & sepultus fuerit, sic etiam baptismus semel tantum suscipiendus est, ne falsa sit sacramenti significatio: qui enim sapius susciperet baptismum, significaret Christum sapius crucifixum, aut saltem in significatione, & figura sæpe eum crucifigeret. Quare D. Augustinus *tract. 5. in Joannem*, asseruit, eum qui sapius recipit baptismum, non minus acriter Ecclesiam persequi, quam persequerentur tyranni in sævis persequutionibus. Item quia cum ex hoc sacramento detur character in anima, qui indelebilis est, non debet hoc signum iterari, ut contingit in sacramenti Confirmationis, & Ordinis.**

3. Sunt tamen aliqui casus, in quibus baptismus iterari potest. Primus est, cum certò constar in priori baptismo aliquid essentiale omisum fuisse; nam tunc non tam iterum administratur, quam de novo confertur: ut si collatus sit ab hæreticis non sub debita forma, quo casu procedunt canon 6. Concilii Nicæn. cujus meminit Rufinus lib. 1. cap. 6. canones 7. & 8. Synodi Laodic. canon. 7. Constantinop. 2. Athanas. *orat. 3. contra Arrianos.* S. Basilius *epistol. 1. ad Amphilocho. cap. 1.* Augustin. *de heres. heresi 44.*

Secundus est, quando dubium adest, an primus baptismus administratus esset, vel sit administratus ritè, & legitime collatus: si enim dubitetur, an baptismus administratus sit, ita ut penitus ignoretur, an baptismus collatus esset, vel conjectura pro eo adfuit, iterandus est baptismus, cap. *si nulla, cap. hi de quibus, de consecr. dist. 4.* Gregorius Magnus lib. 12. *indict. 8. epist. 31.* Quotiens tam de baptismo aliquorum, vel confirmatione, quam de Ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus certa ratio habetur, utrum baptizati, vel confirmati, sive Ecclesie consecrata sint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atq; Ecclesie canonice consecrentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indicis ostenditur ritè peractum, Gregorius II. *epist. 8.* in fine. *Eos qui se dubitant fuisse baptizatos, an non, ut baptizentur, præcipimus.* Concil. Hippon. can. 40. Gregorius III. *epist. 1. ad Bonif. Archiep. cap. 4.* *Eos etiam, qui se dubitant fuisse baptizatos, cui quia presbytero Jovi maculante, & carne immunitas vescente, baptizati sunt, ut rebaptizentur præcipimus.* Synodica Luce Patriarche CP. cap. 12. *Cum enim infantes ex Christianorum regione à Scythis, & Agarenis bello capti essent, & empti à Romanis, dubitatum est, an oporteat venundatos rebaptizari? Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Christiana regione capti sunt, præsumpto est, eos fuisse baptizatos in patria, ætate infantili, nec denudò rebaptizandos esse. Magis tamen placuit, eos debere baptizari, quòd nesciant, an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniuntur, qui baptismum asserunt. Eos autem qui ex infidelium regione capiuntur, indistinctò baptizandos esse statutum est: nisi testes profiteantur, eos post captivitatem fuisse baptizatos.* Leo I. R. P. in *epist. ad Rusticum Episcopum Narbonensem, in codic. can. Eccles. Rom. cap. 28.* *Si nulla exant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi, de quibus queritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, ut renascantur, ne manifestè pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ritè non fuit, ut videatur iteratum: nec temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.* Refert Anton. Augustin. in *epist. jur. lib. 22. tit. 24.* Si autem constet, baptismum administratum fuisse, sed dubitetur, an ritè, & legitime, id est cum debita materia, & legitima forma collatus sit, eo casu sub conditione, id est sub forma præscripta in præfenti ab Alexandro baptismus iterari potest. Joan. Sanchez in *select. disp. 42. Dicastillo de sacr. tom. 1. tract. 2. de baptis. diffin. 1. dub. 7.* Quintanadvennas in *suas singul. sing. 1. Frances in Pastor. intern. diff. 2. q. 3.* Prado tom. 1. de *sacram. tract. 2. de baptis. dub. 8.* Sotus in 4. *dist. 8. art. 9.* qui iustè reprehendit Parochos, qui ex levi causa, & inani dubio baptismum iterare præsumunt. Ex qua doctrina varios casus in præxi obvios circa filios expositos, & natos apud patres infideles, resolvit Frances Urrutigoiti in *Pastor. intern. p. 2. tract. univ. per tot.* Qui autem sciens ritè collatum fuisse baptismum, illum recipit sub conditione, peccat lethalter, & irregularis manet, ac si purè illum iterasset. Majoris de *irregul. lib. 3. cap. 14. num. 5.* Sayrus, Suarez, Ugolinus, & alii apud Gibalinum de *irregul. cap. 5. con. sect. 4.* Christ. Lupus in *can. 84. Synod. Trul.*

CAPUT III.

Innocentius III. *Arelat. (a) Archiepiscopo.*

MAjores (b) Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri Sedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notavit: Tu es filius DEI vivi; & pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus. Hæc igitur te notasse solicite coniecimus evidenter, qui ut hæreticos Ecclesiam impugnantes melius nostrâ munitus auctoritate repellas, quibusdam quæstionibus, quas contra Catholicos moverant, nos postulas respondere. Asserunt enim parvulis inutiliter baptisma conferri; quod nituntur tam ratione, quam auctoritate probare. Illud primò, & præcipuè inducentes, quod cum secundum verbum Jacobi Apostoli dicentis in epistola sua: Charitas operit multitudinem peccatorum: & juxta testimonium Veritatis in Evangelio de peccatrice, quæ ipsius pedes laverat, perhibentis: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, non nisi per charitatem, & in charitate crimina dimittantur: parvulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt, & charitatem non habent, quæ sentientibus, & consentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo, & sic eis baptisma non confertur, quia non est talibus conferendum. In Evangelio quoque legitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur. Unde parvuli, siue fuerint, siue non fuerint baptizati, condemnabuntur, utpote non credentes. Ad id autem taliter respondemus, quod baptisma circumcisioni successit: absit enim, ut in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat, legem cum Evangelio, circumcisionem cum baptismo servandam; quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini, CHRISTUS vobis nihil prodest. Cum ergo circumcisio, tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptisus, qui successit in loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quam (c) femine baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis est, quam parvulis conferendus. Nam sicut olim sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat: Anima cujus præputii caro circumcisâ non fuerit, peribit de populo suo; ita nunc distinctè vox intonat Evangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate, nec sexum, nec ætatem excludens. Unde sicut anima circumcisâ de populo suo non peribat; sic qui ex aqua fuerit, & Spiritu sancto renatus, regni cælorum introitum obtinebit. Cautè tamen adnotandum, quantum plus baptisus hodie conferat Christianis, quam quondam Judæis circumcisio contulisset. Dictum est in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege: Peribit de populo suo; in Evangelica verò veritate subjunctum est: Non introibit in regnum Dei. Quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum cælorum, quousque per mortem Christi fuit omnibus obsertatum: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricari, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cælorum etiam pervenitur, cujus januam Christi sanguis fidelibus misericorditer referavit. Absit enim, ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsi misericors DEUS, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Cæterum ex vi litteræ satis patet, prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum; cum de parvulis non possent intelligi, qui prædicto tantum originali tenentur. Similiter etiam illa alia auctoritas solvenda est: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. cum non possint credere parvuli, sed adulti: & ob hoc tota auctoritas hæc intelligenda est tantummodo de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur: quamvis nonnulli concedant, quod parvuli credunt, non per usum, sed per habitum fidei, quam suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem usum loquendi, non ad actum, sed ad aptitudinem

Hhhh 2

referun-

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

referuntur. Illud ergo, quod opposites inducunt, fidem, aut charitatem, aliasque virtutes parvulis, utpote non consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolutè, cum propter hoc inter Doctores Theologos quaestio referatur, aliis asserentibus per virtutem Baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri; nonnullis verò dicentibus, & dimitti peccatum, & virtutes infundi habentibus illas quoad habitum, non quoad usum, donec pervenerint ad adultam aetatem.

NOTÆ.

(a) **A** Relat.] Michaëli videlicet, qui temporibus Innocentii III. Ecclesiæ Arelatensi præfuit. De Metropoli Arelatensi egi in cap. 16. de offic. deleg. In tertia autem collectione, sub hoc titulo, cap. 1. ubi reperitur textus hic, tantum legitur, *Idem*.

1. (b) **Majores causa.**] Consonant textus in cap. omnis 3. 2. q. 6. cap. relatum 15. 11. q. 1. cap. 2. 18. dist. cap. multis 5. 17. dist. cap. 1. dist. 20. cap. ut debitus 59. de appel. Felix Papa epist. 3. in princip. *Semper dubia, & majora negotia terminum ab hac sancta Sede à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt.* Jul. Papa epist. 1. ad medium: *Ad Sedem Apostolicam, quasi ad matrem, atq; apicem, omnes majores Ecclesiæ cause, & judicia Episcoporum recurrant.* Damasus epistol. 3. ad medium: *Sedis Apostolica majores causa reservatae sunt, atque solidatae.* Vigilus Pontifex epist. unic. cap. 7. *Ad sanctam Romanam Ecclesiam tam summa Episcoporum judicia, & negotia, atque querela; quam & majores Ecclesiarum questiones, quasi ad caput semper referenda sunt.* Gregorius VIII. lib. 2. registr. *Quod majores causa cujuscunque Ecclesiæ ad Apostolicam Sedem referri debeant.* Sixtus I. epist. 1. *Apostolice Sedis dispositione omnes majores Ecclesiarum causas canonum auctoritas reservavit.* Marcel. I. epist. 1. ad Episcop. Antioch. *A dispositione R. Ecclesiæ vos deviare non oportet, ad quam cuncta majora Ecclesiæ negotia (disponente gratiâ) iussa sunt referri.* Melchisedech ad Episcop. Hispan. *DE l'ordinatione ordinatum credimus, ut semper majores causa ad B. Petri Sedem confluerent.* Alia juris testimonia congesterunt A. Augustin. lib. 1. part. 1. titul. 10. Fr. Anton. Perez in *Pentat. fidei, volum. de potest. Episcop. cap. 5.*

2. (c) **Quam femina.**] Cum circumcisio ad feminas non spectaret, ut probat Læli. Bisciola lib. 5. *horar. success. cap. 14.* contra Strabonem, qui lib. ult. *geograph. cap. 6.* ex Munstero refert circumcisionem acceptam à Regina Saba apud Ægyptios in usu esse.

COMMENTARIUM.

3. **C**irca baptismum parvulorum, seu infantium varii fuerunt non solum hæreticorum, verum & Catholicorum errores. Eos incapaces esse baptismi, censuerunt Pelagiani, contra quos scripsit D. Augustinus lib. 4. *contra epist. Pelag. cap. 22.* Idem docuerunt Henriciani, & Pseudo-Apostoli, ut refert D. Bernardus epistol. 140. & *homil. 66. in Cantic.* Idem tenuerunt Martinus Lutherus lib. *adversus Cocleum*, Thomas Monet. apud Buleng. *adversus Anabapt. lib. 2. cap. 1.* qui affirmabant baptismum validè non conferri, nisi adultis illis, qui trigelimum annum attigissent; quâ aetate Dominum nostrum baptizatum fuisse

fertur. Quæ hæresis exorta est anno Christi 1527. ut referunt Joannes Cocleus in *actis Lutheri*, Bellarmin. lib. 1. *de baptismo, cap. 8.* licet jam similem hæresim suo tempore pullulasse referat D. Bernardus d. epist. 240. & in *Cantic. sermon. 66.* Calvinus lib. 4. *instr. cap. 16.* qui moventur sequentibus fundamentis. Primo, quia Dominus noster apud Matthæum cap. 28. precipit primùm docere, & postea baptizare. Igitur parvuli, qui non possunt doceri, nec baptizari valent. Secundo ajunt, quod reprobi non sunt baptizandi: sed multi ex infantibus evasuri sunt: igitur cavendum est ne prophane sacramentum pro nostram ignorantiam. Tertio, quia non datur baptismus absque poenitentia, cap. 1. *D. Marci, cap. 2. Actuum Apost.* ut infantes poenitere nesciunt: Ergo baptizari non possunt. Quarto, quia Dominus noster cum esset annorum triginta, baptizatus fuit, ut constat ex cap. 3. *D. Lucae*, ubi narrat Evangelista, baptismum Christi contigisse anno 15. Imperii Tiberii Cæsaris, quando ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum 30. & ex canone 22. collectionis Martini Brachar. relato in cap. 1. 78. dist. probat Baronius in *apparatu*, & tom. 1. anno 31. & 34. n. 61. Ergo & omnes in ea aetate ad ejus exemplum baptizari debent. Quinto, nam baptismus est stipulatio bonæ conscientie. *D. Petrus epist. 1. cap. 3.* Sed infantes stipulari, aut promittere non possunt, l. 1. in princip. l. *mulier 70. ff. de V. O. l. 1. §. furiosum, ff. eodem*; & §. *infans, Instit. de inustibus*: Ergo nec baptizari. Tandem facit pro Anabaptitis textus in cap. *baptizandos, 58. de consecr. dist. 4.* ubi docetur, baptizandos oportere priùs dicere fidei symbolum: sed infantes illud recitare nequeunt: igitur nec baptizari.

Sed contrarium, immò parvulos infantes capaces esse baptismi, semper Ecclesia docuit: quod & sub anathematis denunciatione in contrarium tenentes definit Concil. Trident. *sess. 7. can. 12. 13. & 14.* & probatur hæc catholica veritas tribus argumentorum generibus. Primum sumitur à sacra Scriptura: Secundum à testimoniis Ecclesiæ, & ejus usu: Tertium à rationibus. Ex sacra pagina probatur primò ex figura Veteris Testamenti; nam circumcisio præfigurabat baptismum adeo manifestè, ut baptismus à D. Paulo dicatur circumcisio, *epist. ad Coloss. cap. 2. ibi: Sed in circumcisioe Christi, conspuitis eum baptismo.* Sed circumcisio dabatur infantibus, *Genes. cap. 17. Levit. cap. 22.* Igitur & baptismus, ut arguit Innocent. in *presenti.* Deinde ex necessitate baptismi apud D. Joan. cap. 3. præscripta, *ibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quibus verbis, iam adulti, quam infantes comprehenduntur, ut communiter Ecclesiæ PP. docent, affirmantes, parvulos sine baptismo realiter susceptos, aut martyrio nequaquam cælum ingredi posse: quod etiam totius Ecclesiæ communis consensus firmavit.

firmavit, siquidem nunquam pro parvulis sine baptismo decedentibus sacrificium obtulit; nec illos ad Ecclesiasticam sepulturam admittere consuevit; unde Ecclesia sæpius definiuit, peccatum originale non posse parvulis per aliud remedium remitti, quàm per baptismum. Nec audiendus est Gerlon 3. tom. *serm. de nativ. consider. 2.* dum docet, parvulos solis orationibus parentum salvari posse: quam sententiam temerariam dixit Soto in 4. dist. 5. *quest. unic.* nam ut rectè advertit Vazquez 3. p. in 3. *dispnt. 151. cap. 3. in princip.* quamvis verum sit, DEUM posse id facere sine baptismo, cum non habeat potentiam suam sacramentis alligatam; si tamen non constet peculiari revelatione, illud cum aliquo factum fuisse, temerarium esset dicere salvari potuisse contra legem communem. Etiam minis rectè docuit Cajetanus ad D. Thomam 3. p. q. 68. *artic. 2.* parvulos sine tali baptismo, aut martyrio, quando eis baptismus conferri non potuit, salvari posse voto baptismi in fide parentum: quam opinionem temerariam dixit Catherinus *contra Cajetanum*; hæreticam Alfonso à Castro *de hæresibus, verbo Baptismus, hæresis 9.* Igitur si adeo magna est necessitas baptismi, ut absque eo nemo salvari possit, quomodo denegari poterat hoc sacramentum tot parvulis, qui quotidie decedunt. Rursus hæc Catholica doctrina probatur ex locis illis, ubi referuntur, baptizatas fuisse integras familias, ut *Actuum Apost. cap. 16.* ubi dicitur, *Lydia baptizata. & domus ejus*: & ibidem de custode carceris legitur: *Baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuo.* Et *epist. 1. ad Corinthios, cap. 1.* ait D. Paulus: *Baptizavi Stephanum domum;* cum in ipsis familiis necessariò plures essent infantes: igitur quia parvuli baptismi capaces sunt. Secundò expressis Ecclesiæ sanctionibus, & SS. PP. decretis relatis in Concil. Milevit. *can. 2. Placuit ut quicumque parvulos recentes ab utero matris baptizandos negat, anathema sit.* Extat in *cap. placuit 153. de consecr. dist. 4.* Concil. Gerundense *can. 5.* *Parvuli, qui nuper a materno utero editi sunt, si infirmi, ut assolet, fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die, quâ nati sunt, si oblatis sunt, baptizentur.* Theodulf. Aurel. *cap. 17.* *Si parvulus agrotans ad quemlibet presbyterorum baptismi gratia de cuiuslibet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum non denegetur.* Conc. African. circa tempora Bonifacii *can. 76.* Brachar. 2. *can. 7.* Viennense in *Clement. 1. de summa Trinit. docuerunt, & usum baptizandi infantes jam primis Ecclesiæ sæculis probarunt* D. Clemens *lib. 6. const. cap. 15.* B. Dionysius *de Eccles. Hierarch. cap. ult.* Justin. Martyr. *q. 56.* Syricus *epist. 1. ad Himerium, cap. 2.* Innocent. I. *epist. 26. L. o. I. ad Episcop. Aquil. epist. 84. aliàs 16.* Gregorius Magnus *lib. 5. epist. 9. ad Joannem Cavalis.* Ambrosius, Cyprianus, Augustinus, & alii congesti à Pamelio in *not. ad D. Cyprianum, epist. 59. num. 2.* Illustrant Castro *adversus hæreses, verbo Baptismus.* Becanus *de baptismo, cap. 10. q. 1.* Baronius *anno 253. num. 16. & 259. num. 21.* Diana p. 3. *tract. 4. resol. 8.* Narbona *de etate, anno 1. q. 8.* Bellarminus *tom. 2. contr. cap. 9. de baptismo, Vazquez 3. p. in 3. dist. 154. cap. 1. & 2.* Gregorius de Valentia *4. p. tract. 1. de baptismo, q. 3.* Agidius de Sacram. *q. 68. artic. 9.* Vicecomes *de ritibus baptismi, lib. 2. cap. 1.* Nunno, Suarez, & Aragon ad D. Thomam *3. p. q. 68. artic. 9.* Ratione etiam probatur prædicta doctrina; nam baptismus necessarius est D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III, Pars II.*

ad salutem omnibus habentibus peccatum originale, juxta D. Joannem supra relatum: sed parvuli sunt participes ipsius peccati: igitur debent esse capaces baptismi, ne plus possit culpa, quàm gratia, contra sententiam Apostoli ad Romanos *cap. 6.* Prosequitur alias rationes Bellarminus *d. cap. 9.* Unde Ina Rex Saxonum occiduum in legibus Ecclesiasticis, quæ habentur *tom. 17. Concil. Regiæ editionis, fol. 131. ita l. 2. cavet: Infans intra triginta dies postquam in lucem prodierit, baptizator: id si non fiat, ter denis solidis culpam pensator: si prius vitam cum morte commiserit, quam sacro ungetur baptismate, rebus suis omnibus multator.*

Nec tunc obstant contrariæ sententiæ fundamenta. Non primum deductum ex *d. cap. 28. Mathias*; nam ibi præscripsit Dominus ordinem, quem servare debebant Apostoli in conversione Gentilium, videlicet, ut prius instruerent eos, deinde baptizarent, postremò monerent, ut ejus præcepta custodirent; siquidem ordo servandus est, cum fieri potest, ut etiam ab Ecclesiâ diligenter servatur, cum adulti ad fidem veniunt: at si vel propter incapacitatem hominum, vel propter aquæ defectum non possint servari omnia, vel non eodem ordine, certè præstat aliquid servare, quàm nihil, veluti si quis esset in deserto cum homine gentili jam moriente, ubi non esset aquæ copia, posset eum docere, & instruere ut crederet; nec peccaret contra illud præceptum divinum: *Docete baptizantes;* quia illud intelligitur cum fieri potest. Quia ergo infantes sunt incapaces doctrinæ, sed capaces baptismi, maturatur in eis ordo præcepti, & prius baptizantur, ne forsitan decedant sine hoc unico præsidio, ac deinde cum adoleverint, docentur. Nec obstat secundum argumentum; nam si illud probat, deducitur, nec adultos omnes esse baptizandos; siquidem ex eis plures reprobi evadunt. Nec obstat tertium argumentum; nam poenitentia est necessaria in baptismo adultorum, de quo agebatur in dictis auctoritatibus D. Marci, & Actuum Apost. ob peccata actualia, quæ adulti commiserunt: originale peccatum non est materia poenitentia, ideo non desideratur in eo, qui tantum illud habet; de quibus adultis etiam accipiendus est textus in *d. cap. baptizandos, de consecr. dist. 4.* juxta veterem ritum recitandi symbolum à catechumenis, & nomen dandi; quem illustrant P. Faber *lib. 3. agonist. cap. 16.* Menardus in *notis ad lib. sacram. D. Gregorii, fol. 98.* Gazeus ad *Cassianum lib. 6. de incarn. cap. 3.* Nec favet contrariæ sententiæ exemplum Christi Domini; nam ut rectè respondit Nazianz. *sermon. in sanctum lavacrum,* non omnia, quæ Christus fecit, à nobis eodem modo peragi possunt, aut debent. Accedit nam Christus Dominus distulit baptismum ad annum trigessimum: tum quia non egebat ipse baptismo: tum quia non erat periculum; ne morte præveniretur. Adde etiam, quod Christus Dominus circumcisus fuerat in infantia. Nec obstat quintum fundamentum; verum enim est, tempore baptismi stipulationem intervenire, quando quidem qui Christianæ militiæ nomen dat, rogatur, *Credis?* Et respondet, *Credo:* & iterum, *Abrenuncias?* Et respondet, *Abrenuncio.* Synodus Laodic. *can. 48.* Synodus 6. Constantinop. *cap. 7.* Concilium Turon. *cap. 18.* Plura Josephi à S. Maria Carthus. *de cerem. bapt. cap. 18. & 21.* Inde etiam Tertul. *de spectaculis,* docet in baptismo sese

H h h 3

homi-

hominem DEO per sponfionem obligare : quâ phrafi utitur Catechifmus Romanus cap. 2. de *sacram. Baptifm. num. 2.* Considerat non malè malus alioquin Myftagogus Wifembach, *diff. 33. num. 3.* Unde exponit difficilem locum Tertul. *de fuga in persequunt. cap. 12.* ibi : *Apud inferos emancipatio noftra eſt, & ſtipulatio noſtra in caelis.* D. Joſephus de Retes in *repetit. pralect. de V.O. cap. 1. conſect. 6. num. 32.* Etcum infantes per ſe reſpondere nequeant, ſuſceptores eorum, id eſt patrini, id faciunt eorum nomine, fidem profitendo, & promittendo. D. Joan. Chryſoſtomus in *Pſalmo 44.* ibi : *Sciat Sacerdos exigit ab infirma aetate pacta conventa, & aſſenſiones, & minoris aetatis fidejuſſorum ſuſceptorem interrogat.* Tertul. *de Baptifm. cap. 18.* ibi : *Diſcat quiſque fidem Apoſtolicam, quam profeſſus eſt per ora geſtantium in baptifmo, cum ad annos intelligibiles venerit.* Smaragdus in *explicit. epifſola de Sabbatho Pentecoſt.* ibi : *Parvuli, quamvis necdum loqui poſſunt, tamen pro illis & conſitentur, & loquuntur, qui eos de lavacro fontis ſuſcipiunt: nec immerito dignum eſt, ut qui aliorum peccatis obnoxii ſunt, aliorum etiam conſeſſione, per miniſterium baptifmatis remiſſionem originalium percipiant peccatorum.* Illuſtrat Viccomes *lib. 1. de ritibus Baptifm. cap. 35.* Quatenus tamen ex promiſſione ſuſceptorum teneantur parvuli in adulta aetate eandem fidem ab eis promiſſam ſervare, expoſui in *cap. cum ſimus, de regul.*

6.

Manet ergo, cujuſcunque aetatis homines baptizari poſſe, & perperam Anabaptiſtas, eorumque aſſeclas, ſacramentum hoc parvulis negaſſe. Fuerunt tamen alii, qui etſi infantium baptiſmum agnoverunt, exiſtimarunt tamen infantes non eſſe baptizandos, niſi poſt octavam diem : de quibus D. Cyprianus *epiſt. 59.* ibi : *Quantum vero ad cauſam infantium pertinet, quos dicitis, intra ſecundum, vel tertium diem, quo nati ſunt, conſtitutos baptizari non oportere, & conſiderandam eſſe legem circumciſionis antiquae, ut intra octavam diem eum, qui natus eſt, baptizandum, & ſacrificandum non putares, longe aliud in Concilio noſtro omnibus viſum eſt.* Ex quibus verbis cognofcitur non ſolum error exiſtimantium baptiſmum differendum eſſe in octavam diem, verum & fundamentum huius erroris: cum enim circumciſio, quae erat typus, & figura huius ſacramenti, octavo die fieret, *Genefis cap. 17. & Levit. cap. 12.* Baronius anno 175. num. 120. & tunc nomen puero imponeretur, ut probatur exemplo Chriſti Domini, dum apud Lucan *cap. 2.* legitur : *Postquam conſummatis ſunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatumque eſt nomen ejuſ Jefeſus.* Ergo ut reſpondeat veritas figura, debet baptiſmus adminiſtrari ipſo octavo die. Accedit, nam Romani eundem morem ſequentes, nomina imponebant filiis maribus nono die, ſceminis octavo. Feſtus Pompejuſ *verbo luſtricus*, Plutarchus in *problem. quaſt. 102.* qui huius moris anxie inquit cauſas. Macrobius *lib. 1. Saturn. cap. 1.* Polydorus Vergil. *de invent. rerum, cap. 4.* Alex. ab Alex. *lib. 1. dier. genial. cap. 8.* Illuſtrant D. Nicolaus de Caſtro in *l. unic. C. de capit. civium, num. 13.* D. Joſephus de Retes *lib. 1. opuſc. cap. 3. num. 2.* P. Faber *lib. 1. ſemeſtr. cap. 6.* Stuckiuſ in *antiquit. conviv. lib. 1. cap. 16.* Beroaldus ad *Suetonium in Nerone, cap. 6.* Turneb. *lib. 3. adverſ. Cujaciuſ in l. 52. §. 1. ff. de legat. 2. & ad titul. Cod. de inſirmam. panis calib. Meril.*

lib. 2. obſ. cap. 33. & 37. & lib. 3. cap. 33. Marcel. Dominatus in *dilucid. ad Sueton. in Nerone, cap. 6.* Viccomes *lib. 2. de antiquis baptiſm. ritibus, cap. 14.* Vigilius in *S. nominatim, Inſtitut. de exhered. liberor. Zerda ad Tertul. in Apolog. annotat. 267.* Nec ante nonum diem filius vitalis credebatur, ex ratione adducta à Plutarcho *ubi ſupra;* immò ſi ante ipſum diem decebat, parentibus non proderat, ut ex lege Papiæ decimam bonorum capere poſſent : eoque referendus eſt Ulpianus in *lib. regul. titul. de decimis*, dum ait : *Quod communis filius, filiaré poſt nonum diem amiſſus, unam decimam adſecit.* Quae verba ut apprimè capiantur, obiter adnotandum eſt, lege Juliâ, & Papiâ conſtitutum fuiſſe, ut vir ex teſtamento uxoris, viciffimque uxor ex teſtamento mariti, non niſi decimam bonorum partem, & tertiae partis uſumfructum capere poſſet, ut teſtis eſt Ulpianus *cod. tit. de decimis.* Aliquando tamen ex ejuſdem legis beneficio conjuges inter ſe non unam decimam tantum, ſed etiam duas, vel tres, & quandoque ſolidum capere poterant : duas decimas, ſi communem filium amiſſent; tres, ſi duos; ſolidum, ſi tres, modò mafculus poſt nonum diem, foemina poſt octavam decederent. Unde in dicto fragmento Ulpiani legendum eſſe, *poſt nonum diem*, jam notarunt Gothofredus & Cujaciuſ *ibi*, Briſſonius *lib. 1. ſelect. cap. 9.* Connanus *lib. 9. comment. cap. 4.* Et apud Gothos etiam, ut parentes filiis ſuccederent, deſiderabatur, ut aqua baptiſmi luſtratus, ultra decimum diem vitam ageret, *l. 17. tit. 4. lib. 4. legum Wiſigoth.* Hoc tamen ſufficit, ut ſit baptizatus, & vivat per vintiquatuor horas, *l. 15. Tauri*, quae eſt *lex 2. tit. 5. lib. 5. recopil.* immò & apud nos communi totius populi catholici conſenſu receptum eſt, ut elapſo octavo nativitatís die, & ſolemniter baptiſmum infantes, & nomen accipiant, ut referunt Quintil. Mandofius *de aetate cap. 1. num. 16. & 17.* Tiraq. in *l. ſi inquam, verbo Suſceperit, num. 16. C. de revocand. P. Gregorius lib. 9. ſynag. cap. 9. num. 26.* Lara *de vita hominis, cap. 11. num. 7.* Narbona *de aetate, anno 1. q. 9.* Ergo ante octavam diem infantes baptizari nequeunt.

Sed prorfus verius eſt, baptizari poſſe infantem ſtatim ac natus eſt, immò & dum in utero materni exiſtit, ſi operâ obſtetricis corpus abſolvi poſſit dum forma profertur. Valido enim tunc conferri baptiſmum, docuerunt Gabriel *in 4. diſt. 4. q. 2. artic. 3. dub. 2.* Victoria in *ſumma, tit. de baptifm. num. 32.* Suarez, & Aegidius ad *D. Thom. quaſt. 68. art. 11.* Bonacina *de baptifm. diſt. 2. q. 2. punct. 3. num. 25.* Prado *tom. 1. de baptifm. tract. 2. quaſt. 68. dub. 8.* & probatur auctoritate, & ratione : auctoritate præſentis textus, *ibi* : *Nec ſexum, nec aetatem excludens.* Et textus in *cap. neque quemquam, verſ. Unde, de conſecr. diſt. 4.* Ratione, quia qui in utero eſt, poſt tempus formationis, & animationis eſt homo vivens, & animal, juxta Philoſophorum ſententiam, *l. 1. §. ſi quis proximior, ff. unde cognat.* Tertul. in *apolog. cap. 9.* Lactantius *de opificio Dei, cap. 17.* Amaya *lib. 3. obſ. cap. 1. §. 3. ex num. 30.* qui enim in utero ſunt, verè ſi Philoſophica principia inſpicimus, in rerum natura ſunt; quamvis in bonis non ſint. Faber in *Papin. tit. 4. princ. 3. illat. 3.* Licet Stoici foetum portionem viſcerum matris eſſe putarent. Plutarchus *lib. 5. de placitis Philoſophorum, cap. 15. & 26.* Seneca *epiſt. ult. ibi* : *Maternorum viſcerum latens*

omni. Juxta quorum scholam accipiendi sunt Papi-
 nianus in l. 9. ff. ad leg. Falcid. ibi: Partus non-
 dum editus homo non recte fuisse creditur. Ulpianus
 in l. 1. §. 1. ff. de ventre inspic. ibi: Partus enim ante
 quam edatur, mulieris portio est, vel viscerum. Tri-
 phoninus in l. Cicero, ff. de penis, Marcell. in l. 2. ff.
 de mortuo infer. Sed apud Consultostalis pro ho-
 mine non habetur, l. 2. ff. de mortuo inferend. l. in
 falcidia 9. ff. ad Falcidiam. Quare omnia jura in
 natiuitatis tempus collata partui referuntur, l. 3.
 cum aliis, ff. si pars hereditatis; & ideo dum in utero
 sunt, neque illis assignari libertus, l. ultim. ff. de
 assig. libert. neque potuit dari libertas, neque potuit
 competere, l. cum inter 14. C. de fideicommiss. libert.
 Notavi in can. Concilii Illiber. Unde cum foetus
 post animationem contraxerit peccatum origina-
 le, cap. regenerante 136. de consec. dist. 4. & non fit
 aliud remedium præter baptismum, cap. quisquis
 137. cap. nulla 142. de consec. dist. 4. necessitudo
 dicendum est, foetum capacem esse baptismi flu-
 minis, si aqua ad eum pervenire possit; vel san-
 guinis, si in odium Christianæ religionis occi-
 datur, cap. firmissime 15. quest. 1. cap. baptismi vi-
 cem, de consec. dist. 4. docent ultra supra relatos
 Navarrus lib. 3. consil. ad hunc tit. consil. ultimo,
 Narbona de etate. anno 1. quest. 2. num. 19. Nec
 contrarium probant textus in cap. quicquid, 35.
 dist. cap. si ad matris 114. de consec. dist. 4. Nam
 textus illi loquuntur de baptismo matris præ-
 gnantis, ita ut aqua minimè attingat foetum in
 utero matris clausum, ut facillè constat ex dicto
 cap. si quicquid, ibi: Si ad hoc sacramentum acci-
 piendum gravidam necessitas cogat. Et ex dicto cap. si
 ad matris 114. ubi disputatur, an inaneat bapti-
 zatus infans, cujus mater baptizata est, aliquo
 mortis urgente periculo, cum illum gestaret in
 utero. Denim Augustinus in utroque textu im-
 pugnat hæreticos, qui existimabant, baptismum
 matris diffundi etiam ad uterum, qui juxta Stoi-
 còs pars viscerum matris est; & ideo negabant,
 mulierem prægnantem baptizari posse, quia si-
 mul foetus baptizatus credebatur; & si postea
 baptizaretur, iterabatur baptismum. Contra quos
 ita sanxerunt PP. Concilii Neocæsar. can. 6. in
 hæc verba: De prægnantibus, quod oportet eas bap-
 tizare quando volunt; nihil enim in hoc sacramento
 commune est paritura; & illi qui de ejus utero fue-
 rit editus, qui uniuscuiusque in illa confessione liber-
 tas arbitrii declaratur. Refelluntur etiam ex eo,
 quod infans in utero habet reverè distinctum
 corpus, distinctamque animam, l. partum 26.
 ff. de V. S. l. si aliena 10. §. final. ff. de usucap. cum
 aliis congestis à Carranza de partu, cap. 2. Merillo
 lib. 1. obs. c. 16. Unde peculiari benedictione bene-
 dici potest, ut variis exemplis firmat Rosveidus
 in onomast. verbo Benedictio. Nec etiam contrarium
 probat Ilidorus relatus à Gratiano in cap. qui in
 maternis, de consec. dist. 4. ubi ait sanctus, eum,
 qui in maternis uteris est, baptizari non posse;
 quia qui non est natus secundum Adam, non pot-
 est renasci secundum Christum. Nam omnis
 Greg. de Valentia disput. 4. quest. 1. punct. 2. Lay-
 man. 2. tom. tract. de baptism. cap. 3. num. 2. qui
 accipiunt Ilidorum juxta terminos, textus præ-
 cedentis, in quo agebatur de baptismo matris

prægnantis communicando foetui, vel non; dicen-
 dum est cum Præceptore Archipræsule Valentia,
 Ilidorum agere de foetu infotmi, & imperfecto,
 ante animationem, cum est tantum spes animan-
 tis, aut puerperium, ut dicitur in c. aliquando 7. c.
 quod verò 8. c. Moyses, 9. c. sicuti 10. 32. q. 2. cui verè
 convenit ratio adducta à D. Ilidor. videlicet, quod
 ipse, qui natus non sit secundum Adam, hoc est ad
 peccatum originale, non potest renasci per gra-
 tiam secundum Christum, quia ut agebat D. Au-
 gustinus epist. ad Dardanum, nemò nascitur spiri-
 tualiter, nisi prius nascatur naturaliter; id est nati-
 vitate, quæ contingit per animationem foetus,
 quæ fit plerumque in viris quadragesima die con-
 ceptionis, in foeminis octuagesima, ut pluribus
 relatis docet Narbona de etate, anno 1. quest. 2.
 Nec tunc obstat quod dicebamus de circumcisio-
 ne, argumento deducto ab ea ad baptismum: nam
 cum in pluribus differant inter se, non valet argu-
 mentum à circumcisioe ad baptismum dedu-
 ctum. Circumcisio enim non fuit instituta ad
 tollendum peccatum originale, sed tantum ut
 esset signum fœderis inter Deum, & Abrahamum
 ac posteros suos, Genesis cap. 14. vers. 11. & ut esset
 signum justitiæ per fidem acceptæ. D. Paulus ad
 Romanos cap. 4. vers. 11. Et ita circumcisioem
 non esse institutam in remedium peccati origina-
 lis, probant, & defendunt Bellarmin. lib. 2. de
 Sacram. in genere, cap. 15. & 17. Vazquez in 1. 2.
 disput. 130. cap. 2. Becanus analog. cap. 14. Unde
 circumcisio non præfigurabat in omnibus bap-
 tismum, siquidem baptismus confert gratiam, fit per
 abluitionem, perficitur per invocationem sanctis-
 simæ Trinitatis: quæ in circumcisioe non con-
 tingebant, tantum enim circumcisio præfigura-
 bat baptismum in eo, quod sicut circumcisio erat
 signum fecerens Judæos ab aliis, ita baptismus est
 signum, per quod Christiani ab infidelibus fecer-
 untur: unde licet circumcisio deberet die octavo
 natiuitatis, non antea fieri, propter infantis ten-
 eritatem; tamen diutius differri poterat, ut
 contigit in circumcisioe Josuè, cap. 5. vers. 6.
 & ita baptismus potest administrari ante, vel post
 diem octavum, quando citius, ne infans decedat
 cum peccato originali.

Ex supra traditis accipit lucem textus in cap. 8.
 baptizari, §. dist. in illis verbis: Baptizari autem, Exponitur
 vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si pe. text. in
 nculo mortis urgetur, vel ipsa hora eadem, quæ qd. cap. bap-
 tizari, vel hoc quod gignitur, eadem quæ natum est, dist. 5.
 nullo modo prohibetur. Qui textus accipiendus est
 non de prima generatione, sed de secunda, id est,
 natiuitate ex utero matris; nam in utroque jure
 gignere idem est ac parere, l. qui filius 17.
 §. 1. ff. de leg. 1. cap. si mulier 2. eadem dist. 5. ubi
 verbum genuerit, extat pro pepererit: c. ad ejus 4.
 ead. dist. ubi sæpe sæpius idem probatur. Unde
 sensus Gregorii in dicto cap. baptizari, est, enixam
 mulierem eadem horâ, quâ peperit; & partum
 eadem, quâ editus est, si periculum mortis adest,
 posse baptizari, non expectato solenni baptismi
 tempore, ne morte præoccupatus hoc unico pec-
 cati originalis remedio privetur, ut docetur in
 cap. ne quod absit 98. cap. placuit 111. cap. si qua 116.
 de consec. dist. 4.

§.

VERUM quidam ex hac solutione invenisse se credunt viam ad alias quaestiones, argumentantes ex eo, quod dicimus, parvulis in baptisinate peccatum originale dimitti, quod in adultis, dormientibus, vel amentibus peccatum, si baptizantur, ratione simili dimittatur. Cum enim neutri sentiant tunc, vel consentiant, dicunt idem in similibus judicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quod peccatum est duplex, originale scilicet, & actuale. Originale, quod absque consensu contrahitur; & actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim (a) remittitur sacramenti: actuale vero, quod cum consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur. Sed adhuc quaeritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptisimo, sicut parvulis, dimittatur. Ad hoc est taliter respondendum, quod Dominus, qui totum hominem sanum fecit in Sabbatho, opus imperfectionis non novit, & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Praeterea poena originalis peccati est (b) carentia visionis divinae: actualis vero poena peccati est gehennae perpetuae cruciatus. Unde si primum dimitteretur alicui, altero non dimisso, talis non careret visione DEI, propter originale dimissum; & cruciaretur in gehennae perpetuae propter reatum criminis actualis. Sed haec tanquam impossibilia se minimè patiuntur; immò sibi mutuo adversantur. Interim vero quaeritur, utrum hujusmodi dormientibus, & amentibus Sacramenti saltem (c) character in baptisinate imprimatur, ut excitati à somno, vel ab aegritudine liberati, non sint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quae per se sortiuntur effectum, ut (d) baptismus, & ordo, caeteraque similia, non solum dormientibus, & amentibus, sed invitis etiam, & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem, conferuntur. Cum non solum parvuli, qui non consentiunt, sed fidei, qui quamvis non ore, corde tamen dissentiant, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quod qui fuissent inviti, & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinerent. Unde ad servandam regulam fidei Christianae forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni (e) Christianae contrarium, ut semper invitus, & penitus contradicens, ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur, propter quod inter (f) invitum & invitum, coactum & coactum alii non absurdè distinguunt: quod is, qui terroribus absque suppliciis violenter attrahitur, ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum; talis quidem, sicut & is, qui fide ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est tamen ad observationem fidei Christianae. In quo casu debet intelligi decretum illud Concilii (g) Toletani, ubi dicitur, quod qui jam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis (h) Sisebuti, quia jam constat eos sacramentis divinis asociados, & gratiam baptismi suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis Domini extitisse participes, oportet, ut fidem etiam, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperint, vilis, ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti; quia plus est expressè contradicere, quam minimè consentire; sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus, & reclamans thurificare idolis (i) cogitur violenter. Dormientes autem, & amentes, si prius quam in amentiam inciderent, aut dormirent, in contradictione perstiterant, quia in eis intelligitur contradictionis propositum (j) perdurare, si fuerint sic immersi, characterem nec suscipiunt sacramenti; secus autem, si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Unde tales in necessitatis articulo consuevit (k) Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem non invenit obstitentem.

NOTÆ.

1. (a) R *Emittitur sacramenti.* Antiqua fuit Originistarum haeresis, peccata per baptis-

num non tolli, sed tantum tegi, ut tamen morte detegerentur. Ita tenuit Proculus quidam Originista, teste Epiphano *haeresi 64.* quem errorem sequuti fuerunt Melesiani, ut Theodoretus auctor

auctor est *lib. 4. de fabulis hæreticor.* Idem delirium amplexi fuerunt innovatores veterum errorum. Lutherus in *antidoto Concil. Trident. sess. 5.* Kemniti-
 2. us in *examine ejusdem Concilii* : quos aperte refellunt Bellarminus *lib. 1. de baptis. cap. 13.* Franc. Valens in *concord. juris. p. 1. in c. 2. 23. dist.* & eam hæresim damnavit Trident. *sess. 5. de peccato origin.* asserens, per baptismum tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet. Item Florentinum in litteris unionis, ubi pro effectu baptismi assignat remissionem peccati cujuslibet, tam originalis, quam actualis; & hoc in symbolo Concilia Nicænum, & Constantinop. profitentur ibi: *Credimus unum baptisma in remissionem peccatorum.*

(b) *Carentia visionis.*] Nec contrarium probat D. Augustinus relatus in *cap. firmissimè, 83. de consecr. dist. 4. in princip.* & præcipue in versiculo *Firmissimè*, ubi postquam tradiderat omnem hominem ex viro, & muliere conceptum, cum originali peccato nasci, id est concipi impietati subditum, & morti subiectum, subjungit, non solum adultos homines ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, sive cum de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc sæculo transeunt, sempiterno igne puniendos. Nam accipiendus est Sanctus de pœna damni, & carentia visionis Dei; nam in sacra Scriptura, & apud Ecclesiæ Patres ignis nomine notatur pœna, aut vindicta gravis, quæcumque illa sit, *Psalmo 76. vers. 10.* ibi: *Ignem nos examinasti*, id est verberibus, & flagris, ut optinè notat ibi D. Basilus in *Psalmum 139. vers. 11.* ibi: *Cadent super eos carbones ignis.* Ubi D. Chryostomus ita inquit: *Carbones ignis, & ignem dicit supplicium, quod à superis mittitur.* Tradunt post alios Joannes Paiba in *doctr. sacr. Scrip. lib. 10. cap. 26. num. 1.* Granada *tom. 4. in 3. p. controvers. 2. tract. 1. dist. 1. num. 147.*

(c) *Charactèr.*] Certum enim est, baptismi peculiarem effectum esse characteris impressionem in anima; nam licet alia sacramenta tantum conferant gratiam; baptismus tamen præstat gratiam, & præbet characterem. D. Chryostomus *homil. 2. in epist. ad Ephesios*, ibi: *Porrò caractèrè Spiritus sancti nos insignavit.* D. Augustinus *lib. 6. de baptis. cap. 1.* dicit in generali Concilio approbatum: *Satis, inquit, eluxit Pastoribus Ecclesiæ Catholice toto orbe diffusa, per quos postea plenarii Concilii auctoritate originalis consuetudo firmata est, & ovem quæ foris errabat, & Dominicum caractèrè à fallacibus depraedoribus suis foris acceperat, venientem ad Christiane unitatis salutem, ab errore corrigi, à captivitate liberari, à vulnere sanari; caractèrè tamen Dominicum in ea cognosci potius, quam improbari.* Probat varis sacre pagine, & SS. PP. testimoniis Bellarminus *lib. 2. de Sacram. c. 20. cum sequent.* Unde convincitur Kemniti-
 3. us, qui in *2. p. examinis Concilii*, Innocentium nostrum auctorem facit hujus vocis, *characteris*: cum jam temporibus SS. Augustini, & Chryostomi in usu esset: igitur peculiariter imprimitur character, quia per hoc sacramentum suscipiens efficitur novus homo distinctus ab aliis non baptizatis; accipit novam potestatem, & deputatur novo ministerio. Concil. Florent. ubi supra, Trident. *sess. 7. can. 7.* Etiam audiendus non est Sotus in *4. dist. 4. artic. 2. vers. Prima opinio*, asserens characterem hunc esse merum ens rationis,

neque esse ullam prorsus rem, neque entitatem ab anima quoquo pacto distinctam: quem refellit P. Mendo in *statera, dissert. 9. g. 1. num. 17.*

(d) *Baptismus, & ordo.*] Non inde inferas, esse in Ecclesia alia Sacramenta, quæ per se non sortiantur effectum; cum certum sit omnia sacramenta novæ legis per se effectum suum conferre ex opere operato. Concil. Constantinop. *1. in symbolo Milevit. cap. 2.* Trident. *sess. 7. cap. 8. & 15.* late probat Bellarminus *lib. 2. de sacram. cap. 7.* Ea verba præsentis textus *per se sortiuntur effectum*, referenda sunt ad peculiarem effectum characteris, non verò ad alios effectus; quia proprium est sacramenti Ordinis, Baptismi, & Confirmationis, characterem imprimere, *cap. ad abolendam, de hæreticis.* Quod ex eo provenit, quia per hæc sacramenta novus homo constituitur, novum statum, novamque potestatem recipit.

(e) *Religioni christiana contrarium.*] Consonat textus in *cap. quia sincera, cap. sincera, cap. de Judæis, 45. dist. cap. ad fidem, 25. quest. 3. cap. sicut Judæis, 15. de Judæis.* Nam certum est, neminem ad credendum compelli, nec ad religionem profitendam cogi, *d. cap. sicut Judæis 15.* ubi latius dicemus, *de Judæis.*

(f) *Invitum & invitum.*] Quod discrimen etiam agnoscit Alexand. III. in *cap. de muliere, de sponsal.* videlicet ut alia vis sit absoluta, alia conditionalis, ut exposui in *cap. 3. de his que vi.*

(g) *Toleranti.*] Quarti videlicet, *can. 59. relati in cap. de Judæis, 45. dist.* cui interfuisse ipsum Sisebutum malè retulit Roder. Sanctius Episcopus Palentinus in *ejus vita*, cum celebratum fuisset post eum sub Sisenando anno 681.

(h) *Sisebuti.*] Ivo Carnot. *p. 1. Decreti, cap. 276. & p. 13. cap. 94.* Burchardus *lib. 4. Decreti, cap. 82.* legunt *Sisenandi*: sed malè. Sisebuti enim tempore, id est anno Christi 613. Imperator Heraclius, mirus Astrologus, & Ariolorum vanitati deditus, cernens à circumcisis gentibus divino nutu Imperium esse vastandum, quod postea à Sarracenis, sive Mahometanis impletum fuit, ut referunt Aimoinus *lib. 4. hist. Franc. cap. 22.* Platina *de vitis Pontis in Adeodato*, Joan. Mariana *lib. 6. de rebus Hisp. cap. 3.* Zamalloa in *compend. hist. Hisp. lib. 25. cap. 25.* Jacob. Bleda in *hist. Maur. lib. 1. cap. 12. pag. 36.* rogavit Theodoricum L-gatum Sisebuti, ut ipsum Regem induceret, ut Judæorum gentem omnibus exitialem ex universa Hispania expelleret, ut referunt Mariana *d. lib. 6. de rebus Hispan. cap. 3.* Ambrosius de Morales *lib. 2. cap. 13.* Padilla *hist. Eccles. cent. 7. cap. 10.* Genebrardus in *chronol. anno 623.* Joannes Gothus in *hist. Goth. lib. 16. cap. 14.* Quod & Dagoberto Regi Francorum ipsum Imperatorem suasisse referunt Baronius *anno 614. num. 42.* Gregorius Turon. in *hist. Franc. Aimoinus lib. 4. ejusdem hist. cap. 22.* Sisebutus protinus sequentem legem tulit: *Cum veritas ipsa petere, quærere, & pulsare nos doceat, præmonens, quod regnum cælorum violenti diripiant, in nullo est dubium, quod ille indulta gratis munus abhorreat, qui ad eam procedere ardenti animo non festinet. Proinde si quis Judæorum, de his scilicet, qui nondum sunt baptizati, aut se baptizare dispulerit, aut filios suos, vel famulos nullo modo ad Sacerdotem baptizandos remiserit, vel se, suosq. de baptisimo subtraxerit, & vel unius anni spatium post legem hanc editam quisquam illorum sine gratia baptis-*
 4.
 5.
 6.
 7.

manu transferit: Horum omnium transgressor, quicquid ille reperit fuerit, & centum flagella decalvatus suscipiat, & debita mulctetur exilii poena: res tamen ejus ad Principis potestatem pertineant, qualiter si incorrigibilem durior ostenderit vita, perpetua in ejus, cui eas Princeps largiri voluerit, potestate permaneant. Extat in l. 3. tit. 3. lib. 12. legum Wisigoth. referunt S. Ildorus in chron. Goth. era 651. ubi de Sisebuto ita ait: Qui in initio regni sui Judaeos ad fidem Christianam permoveans, emulationem quidem Dei habuit, sed non secundum scientiam; potestate enim compulsus, quos provocare fidei ratione oportuit. Lucas Tudensis in chron. mundi, Roderic. Toletan. lib. 1. de rebus Hispan. cap. 17. Alfonsus Carthagena in anaceph. cap. 3. Bassaus in chron. anno 616. Et licet Sisebuti factum improbetur in praesenti canone 59. Concilii Tolet. tamen magna excusatione dignum est, ob rectum erga religionem catholicam zelum. Quo modo factum hoc Sisebuti exposuerunt Valentia tom. 3. disput. 1. quest. 10. punct. 6. I. Lipsius lib. de una relig. adversus dialog. vers. Divinum illud. Madera in Monarch. Hispan. cap. 6. fol. 41. Solorzanus tom. 1. de jure Ind. lib. cap. 19. num. 86.

(i) *Idolis cogitur.*] Unde excusari potest Marcellini factum, quod refertur ad Baronio anno 402. num. 12. videlicet Marcellinum vi praecisa coactum idolis thutificasse.

(j) *Perdurare.*] Unde deducitur, voluntatem interpretativam sufficere; qui enim actualem intentionem habuit, licet postea in somnum incidat, aut furorem, nihilominus potest baptizari, aut Ecclesiae reconciliari, cap. qui recedunt 26. quest. 6. Licet enim amentes, & dormientes voluntatem actualem non habeant, tamen censentur persistere in eadem voluntate, l. si is qui animo 27. ff. de acquir. poss. l. 3. §. si servus, ff. de usufrucap. Valentia lib. 2. illustr. in dict. l. 3. §. si furiosus.

(k) *Consuevit Ecclesia.*] Adhuc videlicet pendente tempore catechetis, aliis si necessitas non adesset, expleri debet tempus catechesis, intra quod instruebantur in fidei mysteriis, cap. baptizari, cap. de catechumenis, de consecr. dist. 4. late illustrat Vicecomes de ritibus baptismi lib. 2. ser. per tot. & nos in can. Concilii Illib.

COMMENTARIUM.

10. *Conclusio traditur, & illustratur.* EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Si amentes antea petierint baptismum, possunt baptizari; inviti vero baptizari characterem non recipiunt. Quam conclusionem probat textus in cap. qui sincera, cap. de Judaeis, 45. dist. cap. ad fidem 25. quest. cap. qui recedunt 26. quest. 6. cap. solet, cap. egrotantes, de consecr. dist. 4. cap. sicut 15. de Judaeis. Alia juris testimonia congesterunt Antonius August. in epit. jur. lib. 12. tit. 1. & 17. & lib. 22. tit. 8. Crespetius in summa, verbo Judaei. Illustrant ultra congestos à Barbosa in praesenti, D. Thom. 2. 2. quest. 80. art. 8. Suarez de Sacram. 3. p. disput. 154. cap. 1. Acunna in cap. de Judaeis, dist. 45. Covar. 3. var. cap. 15. Hallier. de sacris elect. sect. 5. cap. 1. Balsamon in can. 48. Synod. Carthag. Albaspin. lib. 1. observ. cap. 9. Avendanno lib. 2. de metu, cap. 17.

11. *Impugnatur.* Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita infurgo: Ad baptismum nullo modo desideratur voluntas ex parte suscipientis: ergo

amentes, & dormientes, et si antea propositum baptismi non habuerint, baptizari valent. Antecedens probatur; nam infans nec judicium, nec voluntatem habet, l. 1. C. de falsa moneta; & omnia quae vidit, ignorat, l. ult. ff. rem pupilli, l. pupillus, ff. de R. I. & aequiparatur furioso, §. furiosus, Insti. de inuil. l. 2. ff. de jure codicil. plura Petrus Faber, & Gothofredus in l. in negotiis, ff. de R. I. sed infans baptizari potest. Concil. Milevit. can. 2. Gerund. can. 5. Brachar. 2. can. 7. Clem. 1. de summa Trinit. probavi superiori commentario. Igitur etiam amentes, & dormientes, et si antea baptismum non petierint, baptizari valent. Augetur haec dubitandi ratio ex eo, nam dormiens quodammodo voluntatem, & judicium habet; siquidem ex delicto commissio tenetur, l. si servus 27. §. 9. ff. ad leg. Aquil. Ergo si ex delicto dormiens potest obligari, poterit etiam & baptismum recipere. Augetur tandem haec dubitandi ratio ex cap. qui recedunt, in fine 26. quest. 6. ubi agitur de reconciliatione eorum, qui cum in gradu penitentiae solennis essent, subito obmutuerunt: & ajunt PP. Concilii Arausic. quod poterunt reconciliari, sicut & baptizari, & circa amentes ita ajunt: Amentibus etiam quocumque pietatis conferenda sunt. Ergo si omnia, quae sunt pietatis, amentibus conferri possunt, etiam baptismus illis administrari valet.

Qua dubitandi ratione non obstante vera est praesens assertio, pro cujus expositione sciendum est, subiectum capax sacramenti baptismi esse quemlibet hominem viatorem, cujuscunque sexus, etatis, vel conditionis, non baptizatum, habentem intentionem suscipiendi hoc sacramentum, siue veram, cum jam rationis judicio fruitur; siue praesumptam, cum ante rationis usum à parentibus baptismum traditur. Quam doctrinam pluribus Ecclesiae decretis firmant, & SS. PP. testimoniis probant Bellarminus tom. 2. controver. lib. 1. de baptism. cap. 8. Becanus eodem tract. cap. 10. quest. 1. Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 4. quest. 3. Summist. & Theologi Moralista de hoc Sacramento agentes, congesti à Martinez de Prado tom. 1. de Sacram. ut de baptism. cap. de subiecto; nam sicut omnibus est necessarius baptismus, juxta illud Divi Joannis cap. 3. Nisi quis renatus fuerit; quia omnes in Adam peccaverunt, D. Paulus ad Romanos cap. 5. & 1. ad Corinth. cap. 15. ita omnibus convenit per januam Sacramentorum, videlicet baptismum, ingredi Ecclesiam, & regenerari. Deinde omnes PP. tam Ecclesiae Latinae, quam Graecae, hanc sententiam deducunt ex illis verbis Christi Domini apud Matthaeum cap. ultim. Docete omnes gentes, baptizantes eos. In quibus Christus Dominus minus absolute docuit, quae unquam gentem esse capace[m] hujus sacramenti: igitur quilibet homo, cujuscunque etatis, aut conditionis sit, capax est hujus sacramenti. Dixi quilibet homo, ut excludatur animalia, & alia insensibilia, quae cum peccatum originale non contraxerint, quod ex Adamo traducitur, Trident. sess. 5. cap. 3. & sess. 6. cap. 3. & expertia rationis sint, incapaces sunt hujus Sacramenti, ut de laetis, & brutis etiam natis ex foemina & animali, post D. Thomam docent Trullench. lib. 2. de baptism. cap. 1. dub. 6. num. 2. Dicastillo, Candelius, & Bonacina relati à Leandro de sacram. baptism. disput. 5. quest. 2. Circa monstrum vero non conlen-

consentiunt Moralista, aliis affirmantibus capax esse baptismi, aliisque quamplurimis negantibus. Sed pro eorum conciliatione, atque huius dubii resolutione dicendum est, monstrum pluribus modis considerari posse, aut genitum ex homine, & animali; & tunc baptizari non posse, recte affirmat Henriquez lib. 4. *summa*, cap. 21. licet eo casu baptismum ritè administrari posse sub conditione si capax sit, teneat post Dicastrillum, & Castrum Palaum Leander ubi supra, *questione 3.* vel si genitum ex viro, & foemina portentum, seu prodigium nascatur, ut si mulier contra formam generis humani vitulum enixa sit, de quo partu loquitur Confultus in l. *non sunt liberi 14. ff. de statu homin.* & tunc DD. communiter discrimen constituunt inter monstrum, quod caput ferinum habet; & inter illud, quod humanum caput habet, & cetera membra ferina: Primo casu monstrum baptizari non posse affirmant, secundo verò casu baptismum administrari posse docent. Ita Navarrus, Bonacina, & Comitulus relati à Leandro supra, *quest. 4.* ex earatione, quia caput principalis hominis pars est, l. *cum in diversis 44. ff. de relig.* in hoc tamen casu differendum esse baptismum per aliquod tempus, ut melius cognosci possit monstri natura, proximè laudati DD. affirmant. Aliquando verò partus non prodigiolosus, sed portentosus nascitur, cum videlicet forma hominis non deest, sed in aliquo peccavit natura; quia servatà humani partus formà membrorum officia ampliavit, ut si cum tribus manibus, oculisve, aut si cum pluribus digitis partus edatur: de quo portentoso partu loquuntur Confulti in dicit. l. *non sunt liberi, in fine*, l. *hoc tantum 38. l. quaree 135. ff. de S. V. junctis traditis à Carranza de partu, cap. 17. Torreblanca lib. 5. de iure spirit. cap. 8. Arellano cap. 8. de iuris ratione, lib. 2. capit. 5. per tot. & lib. 2. *singula* cap. 2. D. Joseph. de Retes lib. 1. *opusc.* cap. 1. nam isti portentosi partus veri liberi sunt, l. *ultim. part. 23. partit. 4.* ubi de partu prodigiolo, & portentoso ita ait Alfonso Rex: *No deben ser contados fijos los que nacen de la muger, y no son figurados como homes, asi como si huviesen caueca, ó otros miembros de bestia: mas si la criatura nace en figura de home, maguer aja miembros sobejanos, ó menguados, no le empeece.* Portentosus ergo partus baptizari potest, qui homo est, licet superflua habeat membra: & si nascatur cum duobus capitibus, ita ut certum sit, esse distinctas personas, quia dormiente uno capite, aliud vigilat, & movetur, seorsim singula membra baptizanda sunt; & si certò deprehendi non possit, duas esse personas, tunc absolute baptizanda est pars illa, quæ ad unam animam pertinet; reliquæ verò partes sub conditione, non verò absolute sunt baptizandæ, ut post Marsilium, & Vazquez docet Diana p. 9. tract. 6. *resol. 30. in fine.**

13. Diximus etiam hominem baptizandum debere esse viatorem, id est vinum, non defunctum; quia mortuus baptizari non potest. Concil. Carthag. 3. *can. 6.* ibi: *Cavendum est, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat.* Ubi hæresim Marcianistarum condemnari refert Baronius *rom. 4. anno 368.* & notavi in *can. 37. Concilii Illiber.* Nam cum certum sit, animas à corporibus separatas justificari non posse, nec mereri, juxta illud Ecclesiastici *capit. 14. Ante obitum operare iustitiam, quia non est apud inferos in-*

venire cibum. Joannis *cap. 9. Venit nox, in qua nemo potest operari.* Luca *cap. 15. Jam non poteris amplius villicare.* Probat Bellarminus de purgat. lib. 2. Non contrarium docet D. Paulus 1. ad Corinth. *cap. 15.* ibi: *Quid faciant hi, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt?* Unde deducebant Marcionista, & Cataphyges mortuos validè baptizari. Refert Baronius anno 57. *num. 164. & 146. num. 12. & 173. num. 4.* Turrianus pro canonibus lib. 4. *cap. 14.* Nam omnis variis interpretationibus adductis à Castro de *heresibus, verbo Baptismus*, Sebast. Medices eodem tract. *& verbo*, Cornelius à Lapide in eodem tract. *Agido de Sacram. disput. 11. dub. 1.* Vazquez 2. *tom. 3. part. disput. 157. cap. 3.* dicendum est, apud Apostolum baptizari pro mortuis idem esse ac baptizari à mortuis, hoc est à contactu mortui eluendo & purgando se. Nam cum *cap. 19. Numeror.* præcipitur, ut qui tangeret corpus mortui, immundus censeretur, donec ablueretur modo ibi præscripto, de quo ritu agitur *cap. 34. Ecclesiast. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficiat lavatio ejus?* D. Paulus ad adstruendam, & probandam carnis resurrectionem utitur prædicto argumento; non tamen loquitur D. Paulus de sacramento Baptismi, quod mortui recipere nec per se, nec per alios possunt, ut notavi in *dicit. can. 37.*

His suppositis ratio præsentis decisionis est, hominem invitum baptizatum baptismum non recipere; amentem verò, & dormientem, si ante somnum aut amentiam baptismum petierint, posse ritè, & validè baptizari: nam cum in baptizando desideretur voluntas, juxta illud præceptum Domini: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; ideo nemo tenuens, & invitum baptizari debet.* Faciunt D. Bernardus *sermon 66. in Cantica*, ibi: *Fides suscipienda est, non imperanda.* Tertul. ad Scapul. ibi: *Non est religionis cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.* Theodor. apud Cassiodor. lib. 2. *var. ibi: Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur, ut credat in virtus.* Dicemus latius in *cap. sicut Judæi, de Judæis.* Sed cum quis petiit baptismum, licet postea in amentiam incidit, semper præsumitur perseverare in eadem voluntate, juris interpretatione. Quare rectè in præsentibus docetur, eum baptizari posse, si antea baptismum petierit. Unde dormiens retinet possessionem, l. *nunquam 31. §. si servus, ff. de usucap.* quia in eo non deficit animus, sed quietus, ut ait D. Thomas 1. *part. quest. 48. artic. 3. in corpore, & in lib. de somno, & vigilia, quest. 1. & 4.* Est enim brevis, & temporalis remissio animi, non defectio, teste Cicerone lib. 7. *de divin.* Similiter furiosi retinent possessionem ex juris aequitate, l. 1. §. furiosus, leg. *nunquam 31. §. si servus, l. iusto 44. §. cum quis ff. de usucap.* Giphanius in l. *si is qui 27. ff. de acquir. poses.* Valentia ad illum titul. *tract. 2. c. 6. n. 9.* Facit Concil. Illiber. *can. 45.* in illis verbis: *Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de Clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testis aliqui extiterint fideles, placuit et baptismum non negari, eo quod in veteri homine deliquisse videatur.* Pro cuius canonis expositione plura in ejus notis adduximus.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro cuius solutione, omnis traditis superiori commentario, dicendum est, verum esse in infantibus

14. Traditur ratio decidendi.

15. Dissolvitur dubitandi ratio.

fantibus non dari actualem voluntatem suscipiendi baptismum; dari tamen ex persona susceptoris, seu patris, ut probavi in commentario antecedenti. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis, deductum ex d. l. si servus 27. §. 9. Nam omnia difficultate, an in ejus textus specie detur actio utilis, an verò directa, quam examinat D. Joan. Suarez lib. 2. ad leg. Aquil. cap. 2. sect. 2. dicendum est, tunc dormientem ex delicto teneri, quando aliqua præcessit culpa, saltem in non præcavendo damnum; aliàs enim si nulla præcessit culpa, dormiens ex delicto non obligatur, ut latius prosequuntur Paulus Zachias lib. 2. qq. medicolegal. tit. 4. cap. 12. Farinac. in praxi, quest. 98. ex num. 62. Covar. in Clement. si furiosus, 3. p. in princip. num. 7. Gomez lib. 3. var. cap. 1. num. 74. unde cum in ea specie culpa præcessisset in non extinguendo igne, dormiens de incendio sequuto tenetur. Nec etiam obstat textus in dist. cap. qui recedunt, §. fin. nam omnia solutione Glossæ ibi, verbo *Amentibus*, quæ asserit tibi PP. agere de hominibus amentibus ita natis, qui possunt ad opera pietatis admitti, dicendum est, textum illum esse accipiendum de amentibus illis, de quibus in præfati textu agitur, qui ante amentiam baptismum petierunt: vel etiam textus ille accipi potest de illis operibus pietatis, quæ voluntatem, & consensum in suscipiente non exigunt.

Sed supra traditis primò obstat textus in can. 12. Concilii Neocæs. ibi: *Si quis in aegritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet; non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.* Ex quibus deducitur, eum, qui in aegritudine baptizatur, non ex voluntate baptismum suscipere. Igitur non rectè dicimus, ex voluntate interpretativa baptismum ritè conferri illis, qui postquam petierunt baptismum, in aegritudinem, aut amentiam inciderunt. Pro cuius canonis expositione, qui eisdem verbis reperitur apud Gratianum in cap. unic. 57. dist. dicendum est, quod licet illi, qui in aegritudine positi baptizantur, verum recipient baptismum; tamen irregulares sunt, quia quodammodo urgente mortis periculo fidem susceperunt, qui appellantur grabatarii in can. 8. Concil. Alisiod. notavit Menardus in not. ad lib. sacram. D. Gregorii, fol. 161. clynici à D. Hieronymo, & Cypriano, quos refert, & explicat Spondanus ad Baronium anno 254. num. 4. Quare & de ipsorum baptismo aliquando dubitavit Cornelius Papa in epist. ad Fabianum Antioch. Episcopum, apud Eusebium lib. 6. hist. Eccles. cap. 35. notavi in can. 37. Concilii Illib. Unde Patres in eo canone in aegritudine baptizatum tantum à sacris ordinibus remotent, non tamen jubent ipsum iterum baptizari.

Secundò supra traditis obstat Concilium Tolet. 8. can. 7. ubi cum agatur de Sacerdotibus, qui ad conjugia, moresque sæculi redierunt, & quomodo illi compefcendi sint, ajunt PP. Hispaniæ, quod nullo modo possunt deserere votum jam emissum: quod probant exemplo eorum, qui jam baptizati sunt, qui fidem deserere non possunt, & hæc referunt difficilia verba: *Baptismatis inappreciable donum est; semper, & sepe non solum nolentibus, verum & quod majus est, nescientibus impartitur.* Ex quibus expressè deducitur, nolentibus, & inscientibus sacramentum

baptismi ritè ministrari; ergo quia ritè, & validè baptismus amentibus, dormientibus, immò etiam invitis ritè, & validè conferri potest. Cui difficultari respondendum est, verba illa, *nescientibus, & nolentibus*, referenda esse ad parvulos, & amentes; licet enim illi nesciant, illi verò renuant pro tunc; nihilominus ex supra traditis ritè illis conferitur baptismus propter voluntatem, quæ saltem interpretativa adelt in amente, & quæ suppletur per susceptorem, seu patrum in parvulis. Unde tunc verum est, nescientibus, & amentibus gratiam baptismi conferri. Aliiter explicat Barbosa voto 37. num. 14.

Tertiò hucusque traditis obstat textus in can. 48. Synod. Carthag. 1. in illis verbis, prout extant apud Balsamonem: *Deus, qui sunt infirmi, ut qui ita sunt infirmi, qui quidem pro se respondere non possunt, tunc baptizentur, quando sua sponte de se testimonium proprio periculo dixerint.* Ex quibus constat, desiderari in ægroto, aut obmutecente voluntatem actualem suscipiendi baptismum: ergo non sufficit voluntas interpretativa, ut subito obmutescens, vel in vita discrimine positus baptizetur. Augetur hæc difficultas ex canone 43. Concilii Carthag. 3. relati in cap. ægrotantes, de consec. dist. 4. ubi asseritur, quod si ægrotantes per se respondere non possunt, aliorum testimonio adjuventur. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, in adversa valetudine baptizari posse, si dum propriam voluntatem expriment, ore fidem profiteri, & promittere possint. Si autem propriam voluntatem exprimere nequeant, nec ante aegritudinem baptizari efflagitaverint, baptizari nequeunt, cum nec interpretativa voluntas adit: si verò dum sanæ mentis fuerint, baptismum petierint, licet postea fidem expressè profiteri nequeant, si tamen adsint testes, qui referant ipsum ægrotantem baptismum petiisse, ritè baptismus conferri potest, cum constat extestium depositione de ipsius baptizandi voluntate, ut jam probavi in can. 37. Concilii Illiber.

Quartò obstat canon 6. Concilii Carthag. 3. in illis verbis: *Cavendum est etiam, ne mortuos baptizari posse PP. infirmus credat, quibus nec Eucharistiam dare licitum est.* Qui canon omnino prorsus dubitandi ratione carere videtur, si ut supra diximus, in suscipiente baptismum desideretur voluntas. Pro cuius canonis explicatione sciendum est, jam ipso Ecclesie initio, impium morem, seu errorem nonnullos invaluisse baptizandi catechumenos ante baptismum mortuos, absconso aliquo sub lecto, ut refert S. Chrysost. homil. 40. in epist. 1. ad Corinth. in hæc verba: *Postquam catechumenus gustat aqua ex excessu, sub lecto mortui absconso aliquo, qui venit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant, volitné accipere baptismum: deinde illo nihil respondente, qui est absconso interne, pro illo dicit, se velle baptizari: & sic enim baptizant pro eo qui excessu, ac si in scena luderent.* Cuius abusus meminit Apollolus 1. ad Corinth. cap. 15. illis verbis: *Quid facientis, qui baptizantur pro mortuis? Quem locum fuscè exponunt Basil. Legion. quest. 3. expol. cap. 5. Theoph. Rayn. tom. 15. in Hierool. sect. 1. punct. 11. quem errorem sequuti fuerunt Marcianista, ut probavi in dist. can. 37. Illiber. & eos optimè refellit S. Fulgentius de bapt. Exliop. cap. 9. Mortuos propterea non baptizamus, quia omne peccatum, sive originale, sive actuale simul*

16.
Exponitur
canon 12.
Concil.
Neocæsar.

17.
Exponitur
Concil. To-
let. 8. can. 7.

simul est anima, carnisque commune, nihil eorum dimittitur, si à carne sua anima separatur. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, sive bonum, sive malum. Anima itaque sine carne nullà ratione salvatur, quæ peccavit in corpore, nec credit eam esse in corpore: ac per hoc malum recipit, quod gessit

in corpore; non bonum, quod in corpore constituta non gessit. Caro quoque sine anima non potest baptizari, quia nec remissionem peccatorum accipere, nam res quæ non vivit, sicut nec peccare, ita patientiam peccati habere non potest. Notavit Zetia in advers. c. 144. Novimus lib. 1. sched. c. 9. quem errorem ut damnarent PP. dicti canonem eadere.

C A P U T IV.

Idem (a) Metensi Episcopo.

DEbitum officii pastoralis exsolvis, cùm in dubiis juris articulis responso Sedis Apostolicæ postulas edoceri. Sanè per tuas nobis litteras intimasti, quod quidam Judæus in mortis articulo constitutus, cùm inter Judæos tantùm existeret, in aquam seipsum immergit dicendo: Ego baptizo me in nomine Pa. & Fi. & Spi. san. Nunc autem quæris, utrum ille Judæus in devotione christianæ fidei perseverans debeat baptizari. Nos autem fraternitati tuæ taliter respondemus, quod cùm inter baptizantem, & baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apostolis: Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; memoratus Judæus est ab alio baptizandus, ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, & alius qui baptizat: ad quod etiam designandum ipse Christus, non à se ipso, sed à Joanne baptizari voluit: quamvis si talis continuò decessisset, ad patriam protinus evolasset per (b) sacramenti fidem, et si non propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis generatio celebratur, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non introibit in regnum cælorum: & sicut in carnali generatione, quæ proles ex viro, & femina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur: sic & in sacramentali generatione, quæ soboles ex aqua & Spiritu sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generat; & alius, qui spiritualiter generatur. Sanè cùm corpus exterius, sive cor interius baptizatur, oportet ut utrobique paternitas, & filiatio valeant inveniri, quibus baptizatus, & baptizans ad invicem referantur.

N O T Æ.

1. (a) **M**etensi.] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 3. Theodorico videlicet Præfati 57. ipsius Ecclesiæ: de diocesi Metensi nonnulla notavi in c. 14. de cleric. non resid. (b) **S**acramenti fidem.] Ut dicimus in cap. 2. infra de presby. non bapt.

COMMENTARIUM.

2. **I**n hoc sacramento, sicut in aliis legis Gratia, si Eucharistiam excipias, suscipiens eget ministro à se distincto; quia nemo seipsum baptizare valet, ut in præfati dicitur, & docent plures congesti à Barbosa in præfati; quia inter dantem, & accipientem debet esse realis distinctio, cap. final. de instit. cap. per nostras, de jure patron. l. ius dandi, & S. Prætor ff. de tut. & curat. P. Gregorius de elect. cap. 7. J. i. Labor variat. Incub. tit. 4. cap. 6. num. 18. Quis autem sit minister ordinarius hujus sacramenti, exponemus in cap. 1. de presby. non baptizato. Dixi si Eucharistiam excipias, quia eam non solum sacerdotes à seipsis recipiunt, verùm & laici sibi ipsis communionem dabant. Palladius cap. 143. de Sylvania; ibi: Ecce ago annum atatis sexagesimum, præter extrema manus mearum, (& hoc propter communionem) non pos meum aquam

tergit. Cyrillus Hierosolym. catechesi. mystag. Accedens ad Eucharistiam non expansis manuum volis accede, nec distinctis digitis sed sinistram vel uti sedem quandam subjicias dextra, quæ tantum Regem susceptura est, & concava manu suscipe corpus Christi. dicens, Amen. Ponebantur autem manus in formam crucis, ut expressè definitum in sexta Synodo, can. 101 ibi: Si quis voluerit synaxis tempore communicari purissimo Christi corpore, manus in crucis formam figurans sic adcat, & suscipiat gratia communionem. Eos enim, qui pro manu vascula quadam aurea, vel ex alia materia construunt ad susceptionem divini doni, & per illa immaculatam communionem suscipere volunt, nullo modo admittimus, ut qui præferant materiam inanem homini Dei imagini. Damascenus lib. 4. de fide orthodox. cap. 14. Ardenti cupiditate ad eum adcamus, manibusque in crucis formam compositis, crucifixi corpus suscipimus. Viri tamen cava, nudaque manu Eucharistiam excipiebant, formina verò non nisi linteamine, D. August. serm. 252. de tempore. Omnes viri, quando communicare desiderant, lavant manus suas; & omnes mulieres nitida exhibent linteamina ubi corpus Christi accipiant. Concil. Alifiod. can. 36. ibi: Non licet mulieri nuda manu Eucharistiam sumere. Quod linteamen Dominicate appellatur in can. 42. ipsius Concilii, ibi: Unaqueque mulier suum habeat Dominicale quando communicat. Illustrant latè Rosvceidus in Onomast. verbo

Encharistia, Zerda in advers. c. 81. Haaphtenus in vita S. Benedicti, prolog. 18. §. 4. Baronius anno 57. n. 147. & 201. n. 19. & 254. n. 54. & 255. n. 33. & 260. n. 11. Stephan. Gratian. tom. 3. discept. c. 412. n. 14. Andr. Saulay lib. 1. de myst. Gallia Script. in Pau-

lo, tit. 10. Theoph. Raynaud. tom. 12. fol. 295. Menardus in not. ad librum sacram. D. Gregorii. fol. 390. Buleng. ad caput. 43. Casaub. diatrib. 3. fol. 218. Vicecomes volum. 4. de rit. Missa, lib. 7. cap. 11.

CAPUT V.

Idem (a) Nidrosiensi Archiepiscopo.

Non ut apponeres tibi scientiam, sicut credimus, sed ut per oraculum verbi nostri tuorum ignorantiam subditorum melius erudires, Apostolicum tibi responsum fieri postulasti, utrum parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propterea aqua penuriam, & absentiam sacerdotis, aliorum simpliciter in caput, ac pectus, ac inter scapulas pro baptismo salivæ conspersione lenivit. Cum igitur in baptismo duo semper, videlicet verbum, & elementum necessariò requirantur, juxta quod Veritas de verbo ait: Euntes in mundum universum baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; eademque dicat de elemento: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non introibit in regnum caelorum; dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque praedictorum, sed eorum alterum est omisum.

NOTÆ.

1. (a) **N**idrosiensi.] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 5. De Nidrosiensi dicecepsi egi in cap. sacris, de his qua vi.

COMMENTARIUM.

Aquam naturalem, & elementarem, esse materiam remotam baptismi, constat ex sacra pagina, Joannis cap. 3. vers. 5. Marci cap. ult. vers. 19. Actuum Apost. cap. 8. num. 35. cap. 30. vers. 47. D. Paulo ad Hebraeos cap. 10. & ad Ephesios cap. 5. vers. 25. cap. 1. de summa Trinit. D. Clem. epist. 3. post principium, ibi: Baptizentur unusquisque aquis perennibus, invocato nomine trina beatitudinis. Trident. sess. 7. de sacrament. can. 12. Miraculis probat Beyerlinch in Theatr. verbo Baptismus. Quare damnati fuerunt hæretici Seleuciani, non aqua, sed igne baptizantes, ut refert D. August. hæres. 19. & Flagellantes, qui circa annum 1300. sanguine suo se baptizabant. Varias rationes, quare Dominus noster eam pro materia hujus sacramenti præfuerit, adduxerunt scribentes de hoc Sacramento, inter quas illa non incongruè assignatur, quia videlicet aqua magnam habet proprietatem ad significandam interiorem munditiam, ut constat ex cap. 8. Job. vers. 30. Unde Gentiles credebant, leviora peccata aqua fluviali, majora verò mari expiari posse. Tertul. de baptis. cap. 3. D. Hieronym. epist. 2. Cyril. Hierosol. catech. 3. & alii apud Theoph. Raynaud. de Agno cereo cap. 2. num. 15. Penes veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat. Seneca in Hercule Ewente,

Licet jam tota testis

Per meas curvat manus, hærebit alium facinus.
Ovidius lib. 2. & 4. Fastor. Virgilius lib. 2. & 6. Æneid. Scholiastes Sophocles ibi: Mos erat antiquis, cum mortem hominis, aut alias cedes patrabant, aqua lavare manus in purgationem manibus. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 1. Virgilius

libro 2. Æneid. ubi Æneas cæde pollutus sic ait: Tugentor cape sacra manu patriosque penates; Me bello è tanto digressum, & cæde reconi Attrèctare nefas, donec me sumine vivo Abluero.

Et lib. 6. quem ex hoc ritu explicat Turnebus lib. 11. advers. cap. 21.

Idem, se socio, pura circumtulit unda Spargens roseis, ramoque felicitis olive.

Et ex Ovidio 2. Fastor. qui ad hoc etiam alludit in Fastis.

Hæc nimium faciles, qui tristis crimina cædis

Flumine à pelli posse putatis aqua

Illustrat latè Antonius Sylvius ad ll. 12. Tabul. cap. 14. Durantius Casel. lib. 2. variar. cap. 1. & 2. Tiraq. de nobilit. cap. 31. ex num. 558. Petrus Gregorius lib. 36. Syntag. cap. 21. Solorzanos lib. 1. de parric. cap. 31. D. Joan. Suarez lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 2. sect. 9. qui inde exponit num. 20. factum Pilati, quod refertur à D. Mattheo cap. 27. in illis verbis: *Videns Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lavit manus coram populo.* Itaque ad lacum, quem aquam Mercurii nominabant, antiqui accurrebant Romani, & ramusculo quodam è lauro sese invicem aspergebant, & jam se mundos, & puros existimantes, ad suam quisque redibat domum. Meminit hujus ritus Onufrius Pambinus in lib. de urbe Romana, & illum probat ex Ovidio lib. 2. Fastor. ibi:

Est aqua Mercurii porta vicina Campana:

Si juvat expertis credere, numen habet.

Etiam in defunctorum exequiis ad expiandos homines, lustrandas domos, purgandas vestes, aquam adhiberi solitam testatur Propertius lib. 4. eleg. 9. ibi:

Dein quemcumque locum externe tetigere columba

Sufficit, & purà limina tergit aqua,

Imperat: & totas iterum mutare lacernas,

Terque meum tetigit sulphuris igne caput.

Prosequuntur Vicecomes lib. 1. de ritib. baptism. cap. 17. Farnabius ad Senecam supra fol. 155. fusc. Martilius

Marfilius *de aqua benedicta* sect. 3. capit. 7. Rectè ergo in presenti pro expiatione peccati originalis in parvulis, & actualis in adultis Dominus aquam ut necessariam materiam præscripsit.

Manet ergo ex institutione Christi Domini materiam remotam sacramenti baptismi esse aquam naturalem, idque contra varios hæreticos sæpe sapius Ecclesia definit in capit. in quadam, de celebras. Missar. Concil. Florent. in decreto de unione Armenor. de sacram. §. primum. Trident. sess. 7. de baptism. capit. 2. & aliis pluribus canonibus congestis ab Ant. Augustino in *epit. juris*, libro 22. titul. 10. probant omnes Summittæ verbo Baptismus, Theologi cum D. Thoma 3. part. quest. 66. artic. 3. Beilarmin. tom. 2. contro. lib. 1. de baptism. cap. 2. Castro adversus hæresis, verbo Baptismus. Appellatione aquæ naturalis (quam alii elementarem edicunt) venit aqua maris, fluminis, paludis, ex parietibus profuens, resoluta ex sale, ex vaporibus densata collecta, sive vera, sive miraculosa, qualis fuit ex latere Christi profuens, & quæ ex silice per Moysen percussio profudit: nec distinguimus, an benedicta sit, vel non; licet agnoscimus sacerdotem baptizantem extra necessitatem cum aqua non benedicta, trinaque infusione chrismatis consecrata, lethali peccare, ut contra Granados, & Quintanaduennas tenent Castropalao, & Hurtado, quos refert, & sequitur Diana part. 9. tract. 6. resol. 33. De qua benedictione aquæ agunt Josephus Vicecomes lib. 1. de ritibus baptism. cap. 14. Chartul. de cerem. baptism. capit. 6. Et si aqua accidentaliter tantum mutata sit, dum aquæ usum retineat, sufficiens est ad baptismum ministrandum, veluti aqua jurulenta, tincta pulvere, melle, aut aliis rebus permixta, lixivium, ut docent D. Thomas in 4. dist. 4. Sotus artic. 4. Egidius de sacram. quest. 66. art. 4. dub. 2. Hurtado. Possévinus, & alii apud Leandrum tom. 1. de sacram. disput. 1. de baptism. quest. 9. De glacie, nive, & gelu dubium est, cum non sit aqua apta ad abluendum corpus baptizandi. Negant cum eis validè baptismum conferri, D. Thom. 3. p. 9. 66. artic. 4. Bonacina, Henriquez, Filiucius, & Ledesma apud Dianam p. 5. tract. 3. resol. 3. Affirmant Hurtado de baptism. difficult. 2. Leander dist. tract. 2. de baptism. quest. 7. Sed verior est negativa sententia, dummodo in ipsa baptismi administratione, & applicatione materis nix resoluta non sit; unde queri solet, an si resolvatur nix; non in manibus ministri, sed in ipso corpore baptizandi, baptismus ritè conferatur? Negat Tannerus tom. 4. quest. 4. disput. 1. dub. 2. num. 44. Affirmat Suarez 3. part. in 3. part. disp. 20. sect. 2. Credo tamen baptismum ita tempore necessitatis collatum valere, utpote cum materia probabili administratum. Ex dictis colligitur, non posse sacramentum baptismi administrari cum saliva, ut in presenti textu docetur; nec etiam esse materiam aptam cervisiam, lac, vinum, sudorem, lachrymas, aquam ex vite, vel ex arboribus distillatam, liquorem herbarum, ex floribus, vel radicibus elicitem, ut sexaginta auctoribus relat tenent Diana 5. part. tract. 3. resol. 2. Nec etiam ulla urgente necessitate cum illis aquis administrari potest baptismus, ut de aqua rosacea contra Stephanum Bauny, & D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II,

Chameroram defendunt Lanfrancus tom. 2. opus. capit. 4. num. 2. Diana tom. 6. tract. 7. resol. 18. Mendo in statera, dissert. 9. quest. 1. §. 2. ubi probat, neque urgente necessitate posse conferri baptismum cum aqua rosacea, saliva, aut sudore. Prado de sacramentis tract. 2. de baptism. dub. 3. §. 1. Theophilus tom. 16. in Heterocl. spirit. punct. 10. in princip. Licet Stephanus II. consultus in conventu Carisiaco in Francia habito, ut privatus Doctor respondens docuerit, baptismum cum vino collatum ratum esse, can. 11. ibi: Si in vino quis propterea quod aquam non inveniens, at omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla exinde ei adscribitur culpa: infantes sic permaneant in ipso baptism. Habetur tom. 17. Concilior. pag. 576. etiam eadem sententia falso adscribitur Syricio Papæ, ut probat Ant. Augustin. lib. 1. dialog. 16. In eo ergo canone respondit Pontifex ut privatus Doctor, non ex Cathedra; etiam Theophilus tom. 10. in aurea coron. Rom. Pontif. veris. 7. docuerit, necesse non esse admodum laborare pro responso illo, quod non est evidens à Pontifice manasse, vel quod absque truncatione referri non est exploratum; cum ejus responsi fides imminuat Codicis MS. è monasterio quodam Gallicano assertione nitatur. De baptism. etiam cum arena collato ab Andrea Abbate agit Aloix ad vitam S. Dionysii Episcop. Corinth. cap. 1.

Diximus, aquam debere esse aptam ad abluendum corpus baptizandi, quia materia proxima hujus sacramenti est ablutio corporis, sive fiat per immersionem, sive per aspersionem, c. 1. hoc ut. quia utroque casu homo dicitur ablutus. D. Thomas quest. 66. artic. 7. Hurtado de baptism. disp. 1. difficult. 4. Leander eod. tract. disput. 3. q. 19. Tenetur tamen minister servare usum propriæ Ecclesiæ, saltem sub peccato veniali, ut docet Leander ubi proxime: sufficitque una aquæ gutta, quæ possit per corpus diffuere, ut tenent plures, quos refert, & sequitur Diana p. 5. tract. 3. resol. 3. Circa minimam autem aquæ guttam non consentiunt Theologi, & Moralitæ. Sufficere ad conferendum baptismum, tenuerunt Henriquez lib. 3. summa, cap. 7. num. 2. & cap. 21. num. 4. Vazquez 3. part. in 3. disput. 145. cap. 4. alii, quos sequuntur Diana dist. tract. 3. resol. 4. Pasqualigus de baptism. dub. 74. Negant Cambrana de baptism. capit. 1. dub. 4. Suarez de sacram. disp. 20. sect. 2. Valentia tom. 4. contro. disput. 4. quest. 1. punct. 2. Layman. lib. 5. summa, tract. 1. cap. 3. num. 1. conclus. 3. Dubiam materiam esse docuerunt Gaspar Hurtado tom. 1. resol. moral. p. 1. §. 25. num. 323. Theophilus dist. tom. 16. fol. 145. Macedo de clavibus Petri, lib. 4. cap. 12. Unde etiam hæsitatur, si quis baptizaverit igno crucis in fronte, aut alia corporis parte digito facta, aut linteo aliquo madefacto, verum conferat baptismum. Negant Angelus verbo Baptismus 3. num. 4. Aureolus in 4. dist. 3. quest. 3. Possévinus de baptism. c. 2. n. 4. Sed rectius affirmant Paulus Comitulus lib. 1. resol. moral. q. 12. Bonac. in ultima ed. de baptism. disput. 2. punct. 3. num. 14. Leander dist. tract. 2. quest. 4. Nihil tamen interest, quæ corporis pars aqua abluatur, sive caput, cap. postquam 28. de consecr. distinct. 4. sive pectus, aut scapula. Sotus in 4. dist. 3. artic. 7. Circa alias verò, veluti pedem, manum, aut digitum, dubitant DD. Et baptismum conferri negant Sotus

dict. artic. 7. Suarez *disput. 29. de sacram. scilicet. 2.* Bonac. *suprà num. 24.* Egidius, Granados, Torreblanca, & alii relati à Leandro *dict. tract. 2. quest. 25.* Sed contrariam sententiam ut verior tenent Vazquez, Navarr. Ochagavia, Filiuc. Diana, & Hurtado; apud Leandrum *ubi proximè*: & probatur ex eo, nam si quamlibet ex iis partibus quis tetigerit, dicitur totum hominem tetigisse, *l. vulgaris 21. ff. de furtis*: ergo ablutio cujuslibet ex his partibus sufficiens erit ut homo dicatur ablutus. Observandum tamen est, cessante necessitate similem baptismum iterandum esse sub conditione, cum administratum reperiat sub materia dubia, ut pluribus relatis docet Hurtado *tom. 1. resol. moral. tit. 1. §. 25. num. 359.* Frances in *Pastor. intern. part. 2. tract. unic. quest. 3. num. 6.* Semp̄r autem requi-

ritur, ut aqua corpus tangeret, saltem in capillis, aut ungue, ut docent Sorus *dict. artic. 7. Vazquez 3. p. in 3. disputat. 145.* Filiucius, Valentia, Toletus, Suarez, & alii relati à Leandro *suprà quest. 20. & 70.* Idem asserendum est de baptizatis in pelle secundina, aut umbilico, per quem fetus matri conjungitur, & aliter; nam baptismus iterandus est sub conditione, Marchantius *de baptismo cap. 1. quest. 1. casu 2.* Diana *dict. part. 5. tract. 3. resol. 4. & 112.* Si autem pars aliqua corporis mortua sit, & illa aqua abluatur, baptismus invalidus est, quia pars sensibilis non est, nec ab anima informatur. Desideratur etiam, ut ablutio fiat ab ipso ministro. De emersione verò, & an necessaria sit in baptismo, agit Hurtado *de sacram. tom. 1. tract. 2. de baptis. dub. 7.*

CAPUT FINALE.

Idem in (a) eodem.

Licet Græcos diebus nostris ad obedientiam Sedis Ap. revertentes fovere, ac honorare velimus, (b) mores ac ritus eorum, quantum cum Domino possumus, sustinendo: in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum Ecclesia cum quibusdam complicibus, & fautoribus suis obedientiæ Sedis Ap. se subtraxit, in tantum Græci ceperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impiè committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrasset (c) altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in ipsis, quam ea, tanquam per hoc inquinata, lavissent. Baptizatos etiam à Latinis ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, & adhuc, sicut accepimus, quidam hæc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab Ecclesia Dei amovere, sacro suadente Concilio districtè præcipimus, ut talia de cætero non præsumant, conformantes se tanquam filii obedientiæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, ut sit unum ovile, & unus Pastor. Si quis autem tale quid præsumperit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio, & beneficio Ecclesiæ suspendatur.

NOTÆ.

- (a) **E**odem.] Lateran. videlicet; cum enim temporibus Innocent. III. Græci ad unitatem Ecclesiæ Rom. fuissent conversi, ut retuli *in cap. scriptum, de elect.* editus fuit præsens canon, ut damnaretur abusus eorum, qui baptizatos à Latinis iterum baptizabant. Sed quæret aliquis, cur præsens constitutio, cum edita sit in Græcos, seu contracos, eorum idiomate PP. Concilii usi non fuerint, cum lex promulganda sit potius linguâ eorum, ad quos dirigitur, *ambros. de non alienandis, §. nos igitur, ad finem* ibi: *Hanc præposuimus, & non paternâ voce legem conscripsimus, sed hac communi, & Græcâ, ut omnibus sit nota, propter facilem interpretationem.* Et *l. unic. in fine, C. de veteri jure enucl.* Faciunt textus *in cap. si rector, 44. dist. cap. oportet 7. quest. 1. cap. quoniam, de offic. Ordin. Clement. ne in agro, §. sanè, de statu monach.* nam legislator subditos legibus dirigere, non illaqueare intendit, *cap. 2. 27. quest. 1.* unde lex non debet esse captiosa, *cap. error. 4. quest.* Franc. Valens in *concord. juris Pont. 2. p. scilicet. ult.* Facit ab specie textus *in cap. nomine, 74. dist.* Respondeo Patres Concilii præsentem constitutionem edidisse vulgari, & communi linguâ, Latinâ vide-

licet, quæ tam apud Græcos, quam apud alias nationes facillè intelligitur, vel saltem exponi potest à pluribus in qualibet regione commorantibus. Et cum Concilium hoc generale esset, & Romæ celebraretur, vulgari, & Latinâ linguâ constitutiones promulgandæ erant, tum ob Ecclesiæ Latinæ auctoritatem, tum quia in Concilio generali, ubi erant utriusque linguæ periti, hæc constitutio edita fuit.

(b) **Mores.**] Prorsus diversos à Latinis, de quibus integrum librum edidit Arcudius.

(c) **Altaria.**] Quia Latinos, tanquam hæreticos vitabant, talesque esse credebant, eo quod in baptismo utebantur formulâ vulgari: *Ego te baptizo &c.* ut infra dicemus. Quod etiam contigit Donatistis, qui adhuc incredibili fastu, & immani odio Latinos persequebantur, ut altaria, in quibus ipsi catholici celebrabant, improbant, & pro inquinatis haberent, ut refert Optatus Milevitan. *lib. 6.* ubi notavit Balduinus.

COMMENTARIUM.

Inter ritus diversos, variosque Ecclesiæ Latinæ, & Græcæ, illum præcipuè usitatum, ac receptum legimus circa formam sacramenti Baptismi, videlicet quod Latini utuntur eâ formâ: *Ego*

Ego baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut probavi in cap. 1. hoc tit. Græci verò utuntur ea formâ: *Baptizetur N. servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, ut constat ex Concilio Florentino in decreto de Sacramento, *vers. Forma autem*, ubi docetur, per illam formulam verum confici sacramentum. Græci enim eâ formâ uti cœperunt, ad tollendum quoddam schisma, quod jam primis Ecclesiæ sæculis cœperat apud Corinthios, qui existimabant, baptizatos pertinere ad eum, qui ipsos baptizabat, ac proinde unusquisque dicebat: *Ego sum Cephas, ego sum Paulus*; quos reprehendit D. Paulus cap. 1. & 3. dicens: *Numquid Cephas pro vobis mortuus est, aut Paulus?* Notavit D. Augustinus relictus à Gratiano in cap. cum tantum 47. de consec. dict. 4. Quare ut occasionem hujus erroris Græci tollerent, uti cœperunt prædictâ formulâ, sed adeo pertinaci animo, ut crederent sub ea tantum baptismum validè administrari, & ita credebant Latinos formulâ vulgari utentes hæreticos esse, ut notavit Bellarminus de baptismo cap. 3. *vers. Sextus fuit*. Et ita à Latinis baptizatos iterum baptizabant, & altaria, in quibus ipsi presbyteri Latini celebrabant, tanquam ideo polluta, reconciliabant, juxta textum in cap. 2. de sacram. non iterandis: quod improbant, & condemnant PP. in præsentî canone, Græcis de cætero prohibentes, ne baptizatos à Latinis iterum baptizare præsumant.

4. Sed prædictâ forma Græcorum ab Ecclesiâ approbata in dicto Concilio Florent. non levem difficultatem continet; siquidem actio ministri necessariò exprimens est, ut docetur in cap. 1. hoc tit. in dicto Concilio Florent. ubi supra, in illis verbis: *Si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum sancta Trinitatis invocatione perficitur sacramentum*. Unde D. Thomas, p. quest. 66. artic. 5. in corpore, postquam scribit baptismum evangelicis verbis conferri, subjungit: Ideo oportet, quod in ejus forma exprimaturs causa, quæ duplex est; una principalis, aquæ virtutem exprimens, nempe S. Trinitatis expressio; alia instrumentalis, videlicet minister, qui sacramentum confert: ideo inquit Sanctus in forma baptismi utriusque mentionem fieri debere: sed in forma Græcorum non exprimitur actio ipsa ministri: ergo per eam non potest validè baptismus conferri. Cui difficultati ut satisfaciat Sotus in 4. dist. 3. quest. unic. artic. 5. quem sequitur Cabreta de sacram. quest. 66. articul. 5. num. 16. existimat, ad veritatem formæ baptismi non esse necessarium explicare actionem ministri activè, aut passivè, dummodo ea non negetur, ac proinde sufficere, si dicatur: *Baptizetur Deus, vel Christus*; sive, *Baptizetur à Christo, vel à Deo*. Et ita accipit formam Græcorum: *Baptizetur servus Christi*, subaudiendo à Christo, vel à

Deo. Sed hæc sententia Soti communiter rejicitur ex eo, quia actio ministri non solum debet non negari in forma baptismi, verum & significari non ipsis formæ verbis, ut facile probatur ex dict. cap. 1. hoc tit. Concilii Florent. supra resato. Deinde quia explicatio illa formæ Græcorum, ut subintelligatur à Deo, vel à Christo, prorsus inepta est; siquidem ad Deum non spectat baptizare in nomine Patris, &c. Quare hæc sententiâ omiſſa, quam impugnât Vazquez 3. p. in 3. p. disp. 142. cap. 2. à n. 15. Ochagavia de sacram. quest. 8. de baptismo. à num. 4. Gaspar Hurtado disputat. 1. de baptismo. difficult. 8. Granados tract. 5. de baptismo. disputat. 5. num. 3. & 4. dicendum est, in baptismi forma non solum actum baptizandi explicandum esse per verbum *Baptizo*, vel aliud æquipollens activè, vel explicite, ut declaravit Eugenius IV. exponens formam eorum in dicto Concilio Florent. in decreto de Sacram. *vers. Primum omnium*, ubi ad probandum, Græcos verum conficere sacramentum Baptismi, eam rationem reddit, quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas; instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum, si exprimaturs actus, qui per ipsum exercetur ministrum cum Sanctæ Trinitas invocatione perficitur sacramentum. Unde rectè Vazquez, Hurtado, & Granados supra laudati asseruerunt, eum esse sensum formæ Græcorum: *Baptizetur N. servus Christi à me, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Et si adhuc instes, ex ratione supra adducta, ob quam Græci uti cœperunt hac forma, & per eam Græcos intendere excludere omnem actum baptizantis, Respondeo Græcos ob prædictam rationem, & alias, quas refert Petrus Arcudius in concord. Eccles. Occident. & Orient. lib. 1. cap. 8. prædictâ formâ utentes, noluisse negare instrumentalem virtutem baptizantis, sed solum principalem, quæ Deo competit: quippe in Græcorum forma explicatur etiam actus baptizantis, prout exercetur à ministro, tanquam instrumento Dei, ut declaravit Eugenius IV. ubi supra, & docuit D. Thomas d. 3. p. quest. 66. artic. 5. Unde audiendus non est Innocentius in comment. textus in cap. 1. hoc tit. quem sequuntur Felinus in capite que in Ecclesiis, de consec. Marcus Antonius lib. 5. instit. tit. 2. de baptismo. Sylvester verbo Baptismus 1. num. 7, dum asserit, presbyterum Latinum ministrantem baptismum cum forma Græcorum, nullum conferre sacramentum; nam licet ita baptizans peccaret lethaliter, tamen certum est, illum validum sacramentum conferre, ut de presbytero Latino consecrante in pane fermentato, aut Græco in pane azymo, probavi in cap. fin. de celebrat. Misfarum.